

Victoria elect. 2. de potestate Ecclesia, q. 2. nu. 10. vi-de latissime Azor. tom. 2. lib. 4. veri. Decimo tertio. & seqq.

6 Ibi, Principem eorum. Igitur Petrus inter Apostolos omnes fuit auctoritate, & potestate primus, & Princeps cum summa potestate supra totam Ecclesiam; ad quod appellat nostrum textum bonum *Abb. in cap. Quam gravis, nu. 3. de criminis falsi, & in cap. Ex litteris, nu. 4. de excessibus pralatorum; firmat Victoria dicta elect. 2. de potestate Ecclesia, q. 2. nu. 11.* Namque potestas data est Petro, ut per successionem perpetuam in Ecclesia duraret; alijs vero Apostolis solum data est per modum cuiusdam legationis, & personalis munieris finiendi cum vita eorum. Insuper haec potestas quoad actum ferendi leges, in Petro erat simpliciter superior, & independens, in Apostolis vero inferiori modo, & cum multa differentia; quia Petrus poterat suis legibus, vel praecceptis, alios etiam Apostolos obligare, & nullus poterat eius leges revocare; alij vero Apostoli, nec Petrum obligare poterant, nec fortasse se ad invicem, & Petrus in rigore poterat eorum leges non admittere, seu revocare; probat utrumque *Suar. de legib. lib. 4. cap. 3. nu. 8. & 9.*

7 Ibi, Voluerunt. Non inferas Petrum ab alijs Apostolis fuisse electum in caput, quia verbum hoc, voluerunt, non de voluntate antecedente, seu eligente, sed de voluntate consequente, & acceptante intelligendum est; quod de mente Pontificis in nostro textu satis constat, notavitque *Suar. d. lib. 4. de legib. cap. 3. nu. 9. ad fin.*

8 Ibi, Successerunt Episcopi. Et sic videtur, quod episcopatus sit de jure divino, ut post multos tenet *Duen. reg. 72. vers. Fallit in dignitate.* Notat *Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 1. Glossa 3. & l. 17. Glossa 2.* licet enim Episcopi dicantur in nostro textu successores Apostolorum, ut est communis doctrina Sanctorum, teste *Cano lib. 6. de locis theolog. cap. 8. ad decimum. Bellarm. de confirmat. cap. 12. & lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 25.* Constat tamen episcopos non succedere in omnini potestate, aut universalis jurisdictione Apostolorum, ut patet de multis episcopis, quos adhuc viventes Apostoli elegerunt pro speciali diocesi; tradit post multos *Henriq. lib. 3. de Sacram. cap. 6. in principio, littera E.*

9 In fine textus, ibi, Gerunt presbyteri. Fuerunt presbyteri in Ecclesia constituti in locum 72. discipulorum. Non tamen intelligas presbyteros propriè succedere discipulis 72. sed solum per similitudinem. Nam discipuli illi 72. non fuerunt presbyteri, nec ullum ordinem, aut jurisdictionem a Christo suscepserunt; ut probat *Bellar. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 25. vers. Denig.*

In Glossa, verbo, Pari. Dicit *Glossa Apololos*

fuisse pares Petro, eo tantummodo, quo Episcopi sunt pares Pontifici, scilicet in ordine, & consecratione; quam sequitur *Tertium. in iunctu. de Ecclesia, lib. 2. cap. 74.* sed re vera falluntur, nam de Apostolis constat fuisse etiam pares Petro in dignitate Apostolica, & consequenter in universalitate jurisdictionis in universum orbem. Ita *Suar. lib. 4. de legib. cap. 3. num. 9. ante finem.*

In eadem Glossa, ibi, In administratione. Vide *Mantuam Dialogo 105. incipit. Hoc mane vidi, post principium.*

In eadem Glossa, ibi, Esse maior.

Collige ex Glossa, quod possit quis esse maior alio, in ordine, sed minor in administratione. Vnde Rector universitatis precedit Episcopum scholasticum in studio, ut post *Abb. & Felin. tradit Tiraq. de nobilitate, cap. 28. nu. 16. Decius in cap. Cum venerabilis, num. 2. de exceptionibus,* qui ponit exemplum in Cardinali, & Episcopo. Conducit etiam quae tradit *Gomes in precepio regul. q. 1. & in reg. de valore exprimendo, q. 1. vers. Postremo.*

CAP. Quanvis. III.

S U M M A R I V M.

- 1 *Gelasius Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Romana Ecclesia obtinet primatum à Christo.*
- 3 *Romana Ecclesia ceteris est prælata.*
- 4 *Sedes Romana an possit esse in alio loco?*
- 5 *In factis antiquis statur libris historiarum.*

I N superscriptione ibi, Gelasius. I

I Vide posita ad cap. *Certum, 10. dist. Adde Baron. tom. 6. annal. anno Christi 492. nu. 13. & seqq. & anno 493. Ioannem Tritemum de scriptoribus ecclesiasticis, fol. 40. & Ioannem Naucleum vol. 2. generat. 17. in sua Chronologia.*

In textu. Notat *Navar. de indulgentijs, no. 2 tab. 23. nu. 10. Greg. Lopez part. 1. tit. 5. l. 2. Glossa 2. ad hoc, quod Romana Ecclesia obtinuit primatum super alijs ecclesijs, non à Concilijs, sed à Christo; cōprobat Suar. de legib. lib. 4. cap. 3. nu. 10. qui de nostro textu meminit. Idem probat *Azor inst. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. §. Secundo obijcies. & doctius idem confirmat lib. 4. cap. 11. §. Deinde Pelagius. ubi nostrum textum meminit; & adducit cap. *Sacrosancta. dist. 20.***

cap. Rogamus 24. q. 1. cap. Fundamenta de elect. in 6.
cap. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. Vide præ-
terea Driedon. de Ecclesia dogmat. lib. 4. cap. 3. p. 2.
Canum de locis, lib. 6. cap. 4. Rossen. contra Lutherum,
ar. 30. & Petrum Sot. quos citat Azor. relatus. Gui-
telmuni Rosseum de rege hæretico excommunicando, cap.
8. nu. 4.

3 In vers. Tu es Petrus. Hunc locū
hæretici dicentes, rediculum esse evangelicum
testimonium in eum sensum velle flectere, ut
probetur ex his verbis, Romanam Ecclesiam
cæteris esse prælatam; advertit Canus de locis theo-
log. lib. 6. cap. 1. vers. Decimo, sed eleganter eos
confutat idem Canus dicto lib. 6. cap. 8. vers. Deci-
mo autem. Adde Caietan. in Opusculis, tom. 1. tract.
30. in principio, & Azor. citatum.

4 Ibi, Sedes Romana. Idem prorsus
futuru in qua-
cumq; alia Ecclesia, ubi eandem sedem Do-
minus esse voluisset; non enim elegit Deus gē-
tes propter locum, sed locum propter gentes;
ut per Symach. de Catholicis, cap. 24. nu. 23. Idem
plane testatur Ioann. Andr. cap. Fundamenta de elect.
in 6. Archid. cap. Rogamus 24. q. 1. & ibidem Ægid.
Bellam. Anchar. dict. cap. Fundamenta. Alyarus Pelar-
gius lib. 1. de planctū Ecclesie, cap. 32. Abb. cap. Per
venerabilem. Qui filij sint legitimi. Dominic. cap. 1. &
2. dist. 32. Antoninus par. 3. tit. 23. cap. 5. §. 7. Iaco-
bat. de Concil. lib. 8. art. 7. Azor. instit. moral. lib. 4.
cap. 11. ubi alios refert. Qui omnes constanter
asseverant, Romanam Ecclesiam non posse au-
thoritate Pontificia aliō transferri.

5 In Glossa, verbo, Eadem. ibi,
Historia dicit. Nota quod in factis anti-
quis statur libris historiarum, per notata in cap. Cum causam, de probat. in
quantum dicit, quod per libros antiquos pro-
bantur fines diœcesis, & earum divisio, ut ex
notitia Glossa colligit Roder. Suar. allegat. 8. nu. 22.
ubi plura cumulat, quibus adde Mascard. conclus.
III. nu. 8. & 10. & conclus. 394. & 398. Valase. 2.
tom. consultat. 167. Gama decis. 335. nu. 7.

CAP. Inferior. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Nicolaus Pontifex qualis fuerit?
- 2 Prælati inferiores non possunt dispensa-
re in legibus superiorum.
- 3 Secularis potest compelli ad præstandum
auxilium ecclesiastico.
- 4 Iudex, si deponat tanquam testis, an pos-
sit puniri per inferiorem.

IN superscriptione, ibi, Nico-
laus. Vide posita ad cap. Imperium, supra
dist. 10. Adde posita ad cap. In tan-
tum, infra, eadem distinct. Vide præterea Ioannem
Truttemum in suo Catalogo, fol 57. ubi vocat hunc
Nicolaum in Sanctis scripturis magnifice doctum. Vi-
de etiam Ioannem Nauclerum in sua Chronolog. gene-
ratione 29. in volumine 2. Azor. instit. moral. part. 2.
lib. 4. cap. 15. ubi multa scribit de hoc Nicolao,
& eius epistolis ad Imperatorem Michaelem.

In textu. Collige ex textu prælatos in-
feriores non posse dispensa-
re in legibus superiorum, & in pœnis earum,
ut post Navarr. in Manuali, tradit Eymam. Roderic.
tom. 1. de regularibus, quæst. 22. art. 8. & ante illos
docuit Anch. in cap. Vlt. de consuetudine, nu. 5. vers.
Octavo. Idem eleganter probat Suar. de censur.
disp. 5. sect. 4. nu. 7. & disp. 7. sect. 4. nu. 1. & disp.
29. sect. 1. nu. 21. & lib. 6. de legib. cap. 14. num. 4.
Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 7. nu. 6. Idem colli-
gitur ex cap. Cum inferior, infra citando; & ex
Clement. Ne Romani. de electione; & communiter
doctores, in cap. At si clerici de judicijs, §. De adul-
terijs. Ducnas regula 248. Covarr. 4. decret. cap. 6.
nu. 15. in 2. part. in princip. Gregor. Lopez part. 1.
tit. 5. l. 5. Glossa, Al que huius esse despômulgado, & tit.
9. l. 7. Glossa 6. & 7. Præterea Suar. in defensione
fidei, lib. 4. cap. 8. nu. 15. adducit nostrum textū,
& ex eo infert esse contra rationem, ut aliquis
inferior jurisdictionem acquirat in superiorem;
cap. Cum inferior, & cap. Solita, de maioritat. & obe-
dient. Quare cum dispensatio sit actus jurisdi-
ctionis, nunquam inferior illam poterit exer-
cere erga superiorem. Eundem etiam textum
refert lib. 6. de legib. cap. 14. nu. 4. & addit Glossa
cap. In quibusdam de pœnis; & cap. Sunt quidam
25. quæst. 1.

In eodem, ibi, Potiorem ligare.
Per hunc textum docet Rebus, cons. 193. in fine.
quod licet jude x secularis possit de jure com-
pelli per excommunicationem ad præstandum
auxilium judici ecclesiastico, non possit tamen
compellere ecclesiasticum, quia contra ratio-
nem est, ut inferior præcipiat superiori.

In Glossa, verbo, Inferior, ibi,
Se subiicit arbitrio minoris. Quid
autem
si judex superior deponat, ut testis coram infe-
riori, & dicat falsum, vel vacillet, an possit
puniri per inferiorem? Vide Abb. in cap. Dilectio
40. de testimoniis nu. 12. ubi Glossa, littera B. & post
Bald. & alios tradit Gregor. Lopez part. 1. tit. 9.
l. 7. Glossa 6.

CAP. Nolite. V.

SUMMARIUM.

- 1 Reprehensio infamandi causa, est illicita.
- 2 Superior non defendit factum contra ius.
- 3 Gregorius Lopez Glossam approbat.

Notat Gregor. Lopez part. I. tit. 5. l. 55. *Glossa* 2. ad hoc, quod reprehensio quæ sit infamandi causa, est illicita. Adde quod homines illi, qui aliquo tempore iuste vixerunt, magis moleste ferunt reprehensionem, vel redargutionem, quam illi qui fuerunt valde impij, cuius rei rationem assignat *Abulensis lib. 2. Paralipom. q. 28.* et propter hanc stomachi acerbatem, qui plerunque reprehensionibus irritatur, monet *Divus Anastasius Nissenus*, reprehensiones in secreto, & remotis arbitris adhibendas. Quare quæst. 8. in scripturam, expendens modum illum, quo Nathan ad David reprehendendum ingressus est: ostendit, inquit, quod non presente alio, neque coram universo populo eum redarguit. Lege D. Chrysost. hom. 5. de verbis Isaiae, & *Oleastrum Exod. 32. nu. 25.* Clement. *Alexand. lib. 1. pedag. cap. 9.* ubi reprehensionem assimilat speculo, quod cum vultus indicet deformitatem, non tamen aliquam ingerit infamie notam. Sic reprehensiones ab omni contumeliam, ac dedecoris nota abstinere, æquum est.

Ibi, Velle defendere. Nota quod Sūmus Pōtifex non vult defendere factum inferiorum judicium, quando est contra ius; et sic apparet, quod licet scribat simpliciter, non aliter fieri, non intelligitur velle quod fiat contra ius, de quo notabis ad cap. Si quando, & cap. Causam de rescriptis.

In Glossa, verbo, Reprehendēda, ibi, Triplex est reprehensio. Dicit singularem *Greg. Lopez part. 2. Gloss. 9. l. 30.* *Glossa* I.

CAP. Denique. VI.

SUMMARIUM.

- 1 Qui benedicit est maior eo, qui benedicitur.
- 2 Ob malitiam temporis potest aliquid stauti.
- 3 Iube Domne benedicere, quare dicitur.
- 4 Maledici Regnum Dei non possidebunt.
- 5 Propter malū cohærens prohibetur bonū.

Inquit textus quod semper qui benedicit, est maior eo, qui benedicitur. De materia videbis s.

Thom. super epistolam ad Habreos, Sylvestrum, verbo, benedictio, nu. 1. post principium, qui hunc textum refert; Durandum in rationali divinorum officiorum, lib. 4. cap. 59. nu. 5. & 6. Sed obijcias. Nos benedicimus Deo, & tamen Deo nemo maior; Simeon quoq; longe inferior Iesu, & Maria, illis benedixit; *Luc. cap. 2. nu. 34.* sed facile respondeatur; aliud enim genus benedictionis est, quo Deo benedicimus, scilicet gratias illi propter beneficia agendo; aliud, quo Deus nobis benedicit, scilicet beneficia nobis conferendo, et de hac benedictione intelligitur noster textus dicens, benedicentem esse maiorem re benedicta. Nam si benedictio sumatur pro gratiarū actione, nemo dubitat posse benedicentem esse minorem re benedicta. Sic rem explicat *Mendoça lib. 1. Reg. cap. 2. nu. 20. in exposit. lit.* Simeon itaque sacerdos cum sūmam Dei Patris personam suscineret, ut maior infante Christo, & matre eius, debuit benedicere. Adde *Henriq. lib. 9. de sacrificio missæ cap. 35. §. 2.*

Ibi, Prænoscentes periculosa tempora. Nota argumentum, quod ob cautelam, & malitiam futuri temporis potest, & debet aliquid provideri, vel statui, oportet enim malignitatibus obviare, *cap. Pastoralis, §. ult. de officio delegat.*

Ibi, Benedictionem postulat. 3

Scilicet *Iube Domine benedicere.* Sed quare in principio dicitur diminutiva, *jube Domne,* & in fine integre, *Tu autem Domine?* Vide ultra scribentes hīc *Durand. in rationali divinorum officior. lib. 5. cap. 2. n. 44.* & notabis simplicē sacerdotem non posse in missa populo benedictionem dare in praetentia Episcopi, nisi annuente episcopo, ex textu notat *Pacian. de probation. lib. 2. cap. 26. nu. 80.*

Ante finem, ibi, Quia Regnū Dei non possidebunt. Notat *Greg. Lopez part. 2. tit. 7. l. 9. Glossa 5.* ad hoc, quod maledici Regnū Dei non possidebunt, *1. Corinth. cap. 6. nu. 10.* & *Sapiens Ecccl. 21. nu. 30.* Dum, inquit, maledicit impius, maledicit animam suam. Quasi diceret, qui contumeliator, & maledicus aliorum rodit famam, ipse sibi perniciem, & interitum machinatur. Hinc *D. Hieron. epist. 27. ad Eustochium.* Què suum rodit auctorem, in se ipsum proprio furore bacchatur. Et sicut apes, (ut ait *Cassiodorus in Psal. 117.*) Parvendo se eviscerant, aniwasq; in vulnere ponunt (ut *Virg. 4. Georg.*) ita maledici dum in alios fæviant, se miserrimè dilacerant. Quod eleganter expedit *Euthymius ad Psal. 139.* Labor babiorum ipsorum operierit eos. Id est, ipsa maledicentis improbitas,

Prima pars Decreti.

atque immanitas, vertitur in damnum maledicentis. Vide Ludovicum Carbonem, cap. 66. de interiori homine.

Ibi, Sed pro hoc innuitur. Ergo propter malum cohærens, illud quod in se bonum est, potest prohiberi, & ita non semper malum est, quod prohibetur; sed prohibetur, vel propter malum cohærens, vel propter maius malum, quod inde sequitur.

CAP. Nunc autem. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 **Imperator potest interesse Concilio.**
- 2 **Marcellinus an peccaverit peccatum infidelitatis?**
- 3 **Errans infide debet errorem confiteri.**
- 4 **Marcellinus non excidit à Pontificatu.**
- 5 **Pontifex non subiicitur sententiæ Cœciliæ.**
- 6 **Duo Imperatores an possint simul esse?**
- 7 **An possit quis præcipere ne sepeliatur?**
- 8 **Nem̄ se ipsum excommunicat.**
- 9 **Caietan. Glossæ meminit, item Suarius.**

Notat hunc textum Præpositus in cap. Canones, supra dist. 15. nu. 3. ad hoc, quod Imperator potest interesse Concilio universalis, idem etiam dicit quoad alios Principes sacerulares.

In textu, ibi, Marcellinus compulsus. Late Abulens. in Matth. cap. 5. q. 112. & notat, quod licet Marcellinus gravissime peccasset Idolis thurificando, non tam peccatum infidelitatis, ut colligitur ex textu in præsenti, & tradit Decius cons. 151. Albertin. in Rubr. de hereticis, q. 13. nu. 67. Simanch. de catholicis, cap. 32. nu. 7. qui textum refert Navarr. in Manual. cap. 11. nu. 27. Suar. de fide, disp. 10. sect. 6. nu. 11. & 14. Bellarm. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 8. vers. Decimus est Marcellinus.

Ibi, Confessus est. Ergo errans infide, & redire volens ad Ecclesiam catholicam, tenetur agnoscere, & confiteri in specie, & individuo heres, de quibus convictus existit, ut ex textu deducit Boer. decis. 343. nu. 1.

Ibi, Proferre sententiam. Igitur propter actum externum infidelitatis, non excidit ipso facto Marcellinus à Pontificatu, ut tradunt Caietan. tract. 1. de authoritate Papa, & Concilij, cap. 23. in principio. Bellarm. de Romano Ponifice, lib.

4. cap. 8. vers. Decimus est. Suar. de fide, disput. 10. sect. 6. nu. 3.

Ibi, Iudica causam tuam. Colli-

ge ex textu non posse Pontificem se ipsum subiicere sententiæ coactiæ Conciliorum. Vnde Episcopi non damnarunt Marcellinum dicentes: Prima sedes à nemine judicatur; comprobatur Bellarm. de Conciliorum authoritate, lib. 2. cap. 18. & 19. in principio. Suar. de fide, disp. 10. sect. 6. nu. 9. Tusclus tom. 2. conclus. 552. nu. 4. Adde posita ad cap. Si Papa, 40. dist.

In Glossa, verbo, Diocletiani.

Controvertit, an possint esse simul duo Imperatores? De quo videbis Oldradum cons. 23. incipit. Vidi questiones; ubi agit quod si duo electi in Imperatores concedunt privilegium, an usus illorum sit interdictus. Tiraq. latè de primogen. q. 17. in 4. opinione, nu. 20. & seqq. latissimè Paganus de probation. lib. 2. cap. 35. nu. 56. & seqq.

In Glossa, verbo, Marcellinus, ibi, Non sepeliatur.

Siquis enim præcipit corpus suū non sepeliri, hoc præceptum non est adimplendum, per textum, quem Glossa allegat in l. Quicquidam, ff. de condic. instit. qui famosus est, ex Suar. allegat. 1. nu. 4. & nu. 12. Boer. decis. 23. nu. 65. & decis. 287. nu. 5.

In eadem Glossa, ibi, Se ipsum excōmunicare. Ratio propterquam ne-

mo à se ipso excommunicari potest, ea est, quia excommunicatione est actus judicialis habens vim coactivam, & nemo sibi subditus est. Vnde si Episcopus excōmunicasset aliquem cum omnibus auxiliantibus, non incurrit suam excommunicationem, si fuit auxiliator. Notat Henr. alios referens, in summa lib. 12. cap. 25. nu. 3.

In eadem Glossa, ibi, Quia pa-

ratus erat corrigi.

Vide Caietan. tract. 1. de authoritate Papa, cap. 18. qui hanc Glossam laudat. Suar. de fide, disput. 10. sect. 6. nu. 11.

CAP. Submittitur. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 **Ignatius quis fuerit?**
- 2 **Causa est deferenda ad maiorem judicē.**
- 3 **Accephalum hoc est sine capite.**
- 4 **Episcopus an possit judicare clericos sine capitulo?**
- 5 **Ab exemplis gentiliū potest argumētari.**

IN principio, ibi, Submittitur Ignatius. Fuit Ignatius Nicephori Imperatoris nepos, Michaelis Imperatoris filius, electo patre ab Imperio castratur, & in monasterium detruditur, ut per Baron. tom. 10. anno Christi 847. Ex monasterio Patriarcha Constantinopolitanus creatur, nu. 35. ex throno deponitur, & in carcerem coniicitur, Bardæ patrui factione in exilium ejicitur, anno 858. nu. 49. & 50. ubi numeris sequentibus, multa vide, & anno 861. nu. 4. & seqq.

2 Ibi, Ad posterioris sedis judicia. Ergo causa semper est deferenda ad maiorem judicem, & appellatio semper debet fieri ad maiorem potestatem, de quo notabimus ad cap. Causam 2. quæst. 6.

3 Ibi, Acephalum. Hoc est sine capite, cephæ enim caput dicitur, unde acephali dicuntur, qui nullo episcopo subesse volunt cap. Nulla, dist. 39. & de acephalorum hæresi, facit mentionem Platina in vita Pontificis Leonis I. ad fin.

4 Ibi, Solius Episcopi. Nota quod attento jure non potest episcopus causas criminales suorum clericorum judicare sine capitulo, tradit post multos Gabriel lib. 7. communium, conclus. 36. num. 2. Contrarium docuerunt Innocent. in cap. Irrefragabili, in principio, & ibi, Hostiens. & Butrius de officio ord. dicit receptum Henrig. in tractatu de Synodo, p. 3. nu. 137. An autem tales sententiæ ipso jure sint nullæ? Ultra Gloßam, verbo, carcere, in cap. Novit de ijs, qua fiunt à prælatis, vide Felin. in cap. Ad audientiam, in 2. nu. 22. vers. Amplia 2. de rescriptis, faciunt quæ tradit Tiraq. in l. Si unquam, verbo, Revertatur, nu. 58.

5 In Glossa, verbo, Hæreticis. Dicit Glossa, quod ab exemplis gentilium potest argumentari, hoc est verum à bonis factis, non autem à malis; cap. Non existimemus, vers. Etsi hoc faciunt 13. q. 2. An autem liceat argumētari ex dictis poetarum, & philosophorum? Vide Afflict. in præludio feudorum, nu. 103. & seqq.

C A P. In tantum. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Nicolaus Pontifex quis fuerit?
- 2 Diocorus quis fuerit?
- 3 Detrahentes prælatis dicuntur ponere os in cælum.
- 4 In crimine notorio non requiritur ordo juris.

VII

IN superscriptione, ibi, Item Nicolaus eadem epistola. Omnia ex cap. Inferior, supra eadem distinct. usq; ad hoc cap. sunt desumpta, & transcripta ex epistola Nicolai Pōtificis ad Imperatorem Michaelem, scripta anno Domini 865. cuius titulus erat. Nicolaus Episcopus servus servorum Dei, p̄issimo, & dilectissimo filio superatori gentium, atq; tranquillissimo Imperatori Michaeli, à Deo protecto, semper Augusto; Epistola enim incipit. Proposueramus quidem. Quam refert Baron. tom. 10. annal. anno Christi 865. nu. 75. & seqq. quem vide omnino, namq; quæ ibi tradit multum toti huic distinctioni inserviunt.

Ad textum. Agit textus de Dioscoro Antistite Alexandrino,

qui ausus est in Sanctum Leonem Romanum Pontificem excommunicationis sententiam jaculari. Fuit Diocoritus creatus Episcopus Alexandrinus, anno Domini 444. cuius hypocresia diu latuit, homo turpiter facinorosus, ut tradit Baron. 6. tom. annal. anno Christi 444. nu. 18. & 33. usurpare nisus est Antiochenæ Ecclesiæ iura. Tandem post longa scelera, Sanctum Leonem impiissime excommunicavit, ut per eundem Baron. anno Christi 449. nu. 168. & 169. ubi referuntur quæ in nostro textu desunt; sententiam in Diocorum latam, & promulgatam in Concilio Chalcedonensi, de quo noster textus agit, vide anno Domini 451. n. 68. & 87. Eius item infelicissima mors refertur eodem anno. num. 160.

Ibi, Os suum. Notat Paulus Fuschus de visitat. lib. 1. cap. 18. nu. 16. ex illo deducens prædicatores non debere detrahere prælatis Ecclesiæ, quia dicuntur ponere os in cælum. Ps. 72. nu. 9.

In vers. Numquid. Collige quod 4 quādō crimen est notorium, ordo juris non requiritur, & potest delinquens damnari, etiam nulla facta inquisitione, de quo videbis posita ab cap. Manifesta 2. q. 1. Quod autem dicatur crimen notorium, videbis apud Ignatium del Villar in Sylva respons. lib. 2. resp. 16. nu. 51. & 52. Notabis etiam in probando notorio non deferri juramentum ad supplendam probationem, ut docet Seraphinus, d. privileg. 33. nu. 27. refert Barbos. ad Ordinat. Lusitan. lib. 3. tit. 52: nu. 27. ubi à nu. 9. refert casus in quibus juramentum non defertur ad supplendam probationem.

DISTINCTIO. XXII.

CAP. Omnes. I.

SUMMARIUM.

- 1 Nicolaus secundus quis fuerit?
- 2 Institutio beneficiorum est de jure positivo.
- 3 In creandi dignitates ecclesiasticas pertinet ad Pontificem.
- 4 Summus Pontifex an habeat potestatem sacerdalem?
- 5 Rebus. textus meminit.
- 6 Episcopus an possit creare novam dignitatem?
- 7 Pontifex potest detrahere uni Ecclesiae, & dare alteri.

IN superscriptione, ibi, Nicolaus. 2. Qui fuit natione Allobrox, Gerardus antea vocatus, Episcopus Florentinus, vir omni vita probatus, creatus Pontifex anno Domini 1059 die 5. Ianuarij, de quo vide Platinam in ipso Nicolao, Panvin. in Chronologia, anno Christi 1059. Tempore huius Pontificis fuit condonata haeresis Berengarij, de quo plene habetur in cap. Ego Berengarius, de consecrat. dist. 2. Sunt qui scribant Henriquum 3. à Nicolao 2. coronam imperij accepisse, totoq; tempore Pontificatus sui, ob beneficium acceptum, nihil contra ecclesiasticos molitum esse. Adde Possevin. in apparatu sacro, tom. 2. littera N. fol. 490. Adde posita ad cap. Nullus, dist. 32. nu. 1. & vide Ioannem Nanclerum in sua Chronolog. volumine 2. gener. 36.

Ad textum. Notat Selya de beneficio. 1. p. q. 4. nu. 11. ad hoc, quod institutio beneficiorum est de jure positivo; sequitur Gonçalez. in regula chancell. in proemio, §. 1. nu. 2. & de origine beneficiorum vide Gregor. Thelozan. de beneficijs, cap. 2. Citat nostrum textum Tuscb. tom. 2. conclus. 552. nu. 11. & per illum docet, quod qui detrahit iuri, & privilegio ecclesiistarum dicitur injustus, qui vero detrahit iuri, & privilegio Romanae Ecclesiae in haeresim abitur, & hereticus est dicendus, quod intellige si materia sit heretica-

Ibi, Dignitates instituit. Ergo totū ius eligendi, & creandi dignitates ecclesiasticas, ad Pontificem pertinet, tanquam ad successorem Petri; de quo vide Azor in summa, tom. 2. lib. 3. cap. 28, vers. Tertio queritur. Deinde Pontifex

Maximus concessit Archiepiscopis, & Episcopis prædictā potestatem, ut quilibet in sua diœcesi beneficia conferre posset, tradit Gonçalez, ubi proximè, nu. 4.

In textu, ibi, Terreni simul, & cœlestis imperij, &c. Ex hoc textu, & ex cap. Novit de jude. junda Glossa 4. hic, excitarunt D. D. celebrem illam quæstionem; an Summus Pontifex habeat in orbe christiano sacerdalem potestatem in actu? Quam ex nostris pertractant Covarr. in regula peccatum, 2. p. §. 9. nu. 7. Navarr. in d. cap. Novit. notab. 3. à nu. 19. & alij affirmatiū resolventes, & ex theologis relati à Molin. de justit. tractatu 2. disp. 29. col. 4. vers. Inter has, negativè respondentes. Dicit communem catholicorum Bellarmin. controvers. 3. lib. 5. de potestate Papæ temporal. cap. 1. vers. Tertio. Symonoh. de cathol. cap. 41. nu. 25. & seq. cum quibus concordabis utramq; opinionem. Adde posita ab cap. Quoniam, nu. 1. supra dist. 10.

In vers. Vnde. Notat Rebus. cons. 193. § pag. 3. vers. Injustitia am facit.

In Glossa, verbo, Omnes, ibi, Solus Papa. Intellige, & declara cum Pagan. in cap. Cum accessissent de constitut. nu. 4. post medium, & in cap. Cum olim de consuetudine, nu. 2. qui late agit, quando capitulum, aut Episcopus potest creare novam dignitatem.

In Glossa, verbo, Injustitia. Vide Navarr. de spolijs clericorum, §. 3. nu. 2. ubi latè controvertit de hac quæstione. An Pontifex debeat detrahere uni Ecclesiae, & dare alteri? De quo videbis etiam posita ad cap. 1. dist. 10. super Glossam, verbo, Divisiones.

CAP. Sacrosancta. II

- 1 Anacletus Pontifex quis fuerit?
- 2 Romana Ecclesia accepit primatum a Christo.
- 3 Ecclesia Romana appellatur Apostolica.
- 4 Doctores qui textus meminere?
- 5 Vtrum Beati in cœlo ad Deum pro nobis orent?
- 6 Quando aliquid jubetur fieri sine intermissione, quid significet?
- 7 Deferens arma ad Turcas, an incutiat pœnam?

IN super^{scriptio}nē, ibi, Anacle-
tus. Vide posita ad cap. In novo, supra 21.
dist. Adde Nauclerum in sua Chronolog. vo-
lum. 2. generat. 4.

In textu. Collige ex textu Romanam Ecclesiam primatū accepisse non ab Apostolis; sed ab ipso Domino, de quo vide posita ad cap. In novo, nu. 3. & seqq. supra dist. 21. Adde Canum de locis lib. 6. cap. 1. vers. De-
cimo. Bursatum cons. 109. nu. 2. & seqq. Covar. in
regula peccatum, 2. p. §. 9. nu. 5. vers. Quario, ratione.
An verò Episcopus Romanorum sit de jure di-
vino successor Petri, & Christi Vicarius? Vide
Azor. tom. 2. lib. 4. cap. II. q. 2. Suar. tract. de fide,
disp. 5. sect. 3. per totam.

Ibi, Apostolica. Sicut Ecclesia Roma-
na appellatur Apostolica, ita summus Pontifex Episcopus Aposto-
licus nuncupatur. Gregor. Lopez part. I. tit. 5. l. 3.
Glossa 3.

In Vers. Prima. Circa §. & eius or-
dinem videbis optime Henr. & quos ille citat, in summa lib. 10. de
ordinis Sacramento, cap. 29. §. 1. Bellarmin. lib. 1. de
Rom. Pontifice. cap. 24.

**In textu, ibi, Sanctorum effu-
datur oratio.** Qv̄eres vtrum Beati in Cēlo
ad Deum pronobis orent, aut
orare possint? Respondetur omnes Beatos posse
pro nobis ad Deum orare; non solum ingene-
rali, sed etiam in particulari, pro tali persona, &
pro tali negotio seu necessitate; ut de fide certū
tradit Suar, tom. 2. de Relig. cap. II. & probat D.
Hieronymus contra vigilantium. Ostenditur nam si
sancti orantur à nobis in particulari certo, & si-
mili modo ipsi pro nobis orant; hoc enim est
quod nos maxime ab eis petimus; quodq; uni-
versa Eccelesia præcipue intendit cum ad eos
orat. Neque dici potest quod non cognoscant
orationes nostras, & necessitates in particulari;
id namq; falsum est; quia pertinet ad statum
uniuersi cuiusq; Beati ut notitiam accipiat earum
terram que h̄ic geruntur; quatenus aliquo modo
spectant ad unum quemq; inter quas præcipue
poni debent orationes. Si quāras utrū Christus
Dominus nunc in Cēlo existens vere ac pro-
prie pro nobis oret? Lege Suar. tom. I. in 3. p. disp.
45. sect. 2. & tom. 2. de relig. lib. I. cap. 10. nu. 15.

**In Glossa, verbo, Sine inter-
missione.** Collige quod si quid iubet fieri
sine intermissione, est hoc intel-
ligendum civiliter, horis scilicet interpellatis,
vt ex hoc textu colligit Albericus in Dictionario,
verbo, dies, in vers. die, ac nocte, & ita si cui le-
gatum sit, ut cum filijs habitet, non requiritur
quod quolibet momento sit cum eis; Corneus
cons. 171. nu. 7. vol. 2. argumento textus in. l. Si

quis ita de condit. & de monstrat. vide posita ad cap.
Sacerdotibus, nu. 4. infra, dist. 31.

**In Glossa, verbo, Christiano-
rum, ibi, Antiochenum.** Notat Na-
var. in cap.

Item quorundam, de judais notab. 4. nu. 9. qui Glo-
sam appellat singularem, & eam inducit ad
elegatēm quæstionem: an deferentes arma Sar-
racenis, incurvant pœnas à jure statutis, si ea
deferant ad Turcas?

CAP. Constantinopolitanæ.

III.

S V M M A R I V M.

I Ecclesia Constantinopolitana, an præ-
fatur omnibus?

2 Honor in quo consistat?

Dicit textus, quod Ecclesia Constanti-
nopolitana præfertur omnibus, excep-
ta Romana; & huius textus meminit
Sozom. lib. 7. de ecclesiast. hist. cap. 9. So-
crates lib. 7. cap. 8. Nicephor. lib. 12. cap. 13. pro ut
illos refert Covar. lib. 4. resolut. cap. 14. nu. 13. col.
penult. licet Egesippus lib. 3. de excidio Hierosolymit.
cap. 5. scribat post Romanum secundum locū ob-
tinuisse Alexandriam; authore eodem Covar.
supra citato loco, quem omnino vide circa tex-
tum, ne eadem repetamus.

Ibi, Honorem. Consistebat autem 2
hic honor quo ad lo-
cum, in sedendo primò post Romanum Ponti-
ficem, & in responsionibus habendo secundam
vocem, & in subscriptionibus, post Summum
Pontificem subscribendo; de quo vide Turre-
crem. in cap. Renovantes, nu. 2. infra, bac eadem dist.
Dixi nonnulla in historia mea Episcop. Portucale. p.
1. cap. 6. dicam plura cap. 1. dist. 90.

CAP. De Constantinopo- litana. IV.

S V M M A R I V M.

- 1** Gregorius Pontifex quis fuerit?
- 2** Papa olim se nominabat in numero sin-
gulari.
- 3** Bonus non indiget correctione.
- 4** Causa Episcopi Bizantini.
- 5** Confessio Prelati, an noceat Ecclesiæ?

IN superscriptione, ibi, Gregorius. Cum hic sita mentio de libro epistolarum, iam collige Gregorium esse nomine primum. Fuit patria Romanus, patre Gordiano viro senatorio, uno omnium cōsensu invitus, est Pontifex creatus anno Christi 590. Multa eruditè composuit; instituit ut novies Kyrie eleison caneretur, & Alleluia; idem quoq; in Canonem redigit; Diesq; nōstrorū in tua pace disponas. Præterea supplicationes maiores (quas Græci Ictanias vocant) primus instituit; eius tempore Angli fidem receperunt, & Christi tenacia, qua forte uni militum obtigerat *Ioan. cap. 19. nu. 24.* inventa est apud Urbem in Zaphath, in arca marmorea, eo loci reposita tempore Thomæ Hierosolymitani, ac Gregorij Antiocheni. Vide Platinam in ipso *Gregorio. 1.* & *Pavrinum in additionibus*, optimè, & effusè *Baron. tom. 8. in principio, anno Christi 590.* *rſq; ad 604.*

In textu, ibi, Ego. Nota quod secundum illa tempora Papa se nominabat in singulari numero, hodie vero litteræ essent fallæ argumento *textus in cap. Quam gravi, de criminis falsi.*

Ibi, imitari paratus. Notat *Abb. in cap. Pastoralis, nu. 8. post med. de officio ord.* ad hoc quod si quis esset ita bonus, quod non egeret correctione neque conveniret aliquem, neque ab aliquo conveniretur, esset solutus à jurisdictione, & obedientia Episcopi.

Ibi, Bizancenus. De hac causa Episcopi Bizanceni videlicet *Baron. tom. 8. annal. anno Christi 599. nu. 4.* ubi refert integrum epistolam Gregorij ad Ioannem Episcopum Syracusanum, quæ ex nostro textu fuit desumpta.

In Glossa, verbo, Nescio. Disputat, an confessio Prælati, noceat Ecclesiæ? De quo videlicet *Felin. latè in cap. Vlt. de prescript. nu. 11.* & ibi, *Abb. nu. 43.*

CAP. Qua traditione. V.

S U M M A R I V M .

- 1 *Gelasius quis fuerit?*
- 2 *Faustus legatus quis fuerit?*
- 3 *Acacius Patriarchas Antiochenos, & Alexandrinum excommunicavit.*
- 4 *Incidēs in heresim an perdat dignitatē?*

IN superscriptione, ibi, Gelasius Papa primus. Vide posita ad *cap. Quis auctor, & ad cap. Cetum, supra, dist. 10.*

In eadem superscriptione, ibi, *Ad Faustum Magistrū legationis.* De isto Fausto legato vide *Baron. tom. 6. annal. anno Christi 493. nu. 6. & 10.*

Ad textum. Agit *textus de facto Acacij*, qui *Alexandrinum, & Antiochenum Patriarchas excommunicavit*, de quo vide *Baron. d. tom. 6. anno Christi 493. nu. 10. usq; ad nu. 21. & anno 482. num. 22. & anno 488. num. 37. & 38.* Fuit autem Acacius Episcopus Constantinopolitanus, creatus anno Domini 471. ut per eundem *Baron. d. anno 471. num. 2.* Qui Acacius affectavit primatum post Romanum Pontificem; de quo videbis *anno 472. & seqq.* ubi de eius factu, & superbia.

In Glossa Ultima, ibi, Propter hæresim. Ergo prælatus incidens in hæresim, perdit nomen dignitatis, ita ut non debeat nominari inter alios prælatos. Argumento *textus in cap. Felicis, post principiū, in vers. Si qua verò de pennis, lib. 6. & in cap. Unico de schismatis, eodem lib.*

CAP. Renovantes. VI.

S U M M A R I V M .

- 1 *Plura de Patriarchis tradantur.*
- 2 *An unus puniatur pro alio sine culpa?*

Agit *textus de Patriarchis.* Plura de dignitate, origine, excellētia Patriarcharum congerunt Decius, in *cap. Sua nobis, ex nu. 18. de confirmat. utili; Boer. de autoritate Concilij, nu. 50. & 52. Selva de beneficio, 1. p. q. 2. num. 28. Cassaneus in Catalog. gloria mundi, 4. p. consid. 9. Coriar. lib. 4. variar. cap. 14. nu. 13. vers. Secunda autem sedes. Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesie, cap. 17. refert alios Cenedo ad Decretum Collectan. 58. nu. 1. Petrus Tholozan. in Synagmate juris, p. 2. lib. 15. à cap. 5.*

In Glossa, verbo, Priusquam, ibi, Sine culpa sua. Adde quæ latè de hac materia, quādū unus sine culpa pro alio punitur, tradunt Coriar. lib. 2. resolut. cap. 8. nu. 1. vers. Sit prima, & deinde Grammat. decis. 75. Comes tom. 2. variar. cap. 2. nu. 51. Petrus lib. 2. tit. 23. l. 2. sydimanci, pagina 433.

CAP. Definimus. VII.

S V M M A R I V M.

1. Adrianus Pontifex quis fuerit?

2. Papa removet Patriarcham.

3. Quatuor Patriarchae precipui nominatur.

4. Boerius Glossa meminit.

IN superscriptione, ibi, sub Adriano 2. Qui fuit patria Romanus, pater Faloro Episcopo creatus Pontifex anno Christi 867. 21. die Novembris. Vir multæ sanctitatis, & miraculis plenus, saepius ad Pontificatum petitus, semper recusavit, cuius tempore Bulgari fidem receperunt. Ante eius mortem tribus diebus sanguine apud Brixiam pluit, & locustaæ Gallias mirum in modū devastarunt, tam calamitosæ mortis indicia per maxima. Vide Platinam de vita Adriani 2. & ibi, Panvinum in additionibus, latissime Baron. tom. 10. anno Christi 868. & seqq.

2. Ad textum. Collige ex textu quod nullus inferior à Papa potest removere Patriarcham à dignitate sua, & honore, ut per Boerium de autoritate Concilij, nn. 56. & ibi, Additio, littera D. qui textum citat.

3. Ad fin textus. Nota quod quatuor precipui Patriarchæ nominantur, de quo ultra posita ad cap. Renovantes, supra hac eadem dist. vide AZOT. in summa tom. 2. lib. 3. cap. 35. vers. Secundò queritur, qui textus meminit.

4. In Glossa ynica. Vidde Boerium d. nu. 56. qui Glossam refert, & comprobatur.

DISTINCTIO. XXIII.

CAP. In nomine Domini. I.

S V M M A R I V M.

1. Nicolaus Pontifex quis fuerit?

2. Pontifex an possit successorem eligere?

3. Omnia in nomine Domini debent incipi.

4. Annus quomodo computetur?

5. Papa beatissimus vocatur.

6. Agitur de officio, & antiquitate Cardinalium.

7. Imperator primò elegitur in Regem Romanorum.

8. Papa ante coronationem est verus Pontifex,

9. Elettus in Papam per seditionem, non debet recipi.

10. Schismaticus an sit irregularis?

11. Futuris casibus occurendum.

12. Tractatus precedit electionem.

13. Episcopu[m] appellatur Reverendissimi.

14. Electio ubi debeat fieri?

15. Excommunicatus non potest petere restitutio[n]em.

IN superscriptione, ibi, Niclaus 2.

Vide posita ad cap. 1. supra dist. 22. Adde Alphonsum Chacon de gestis Pontificum, fol. 313.

In contextu. Notat Navar. cons. 17. de sententia excommunicationis, in secunda editione, n. 5. ad hoc, quod reprobantur venalitates, & alia acta illicita, quæ vacante summo Pontificatu fiunt, & huius textus meminit Caiet. tract. 2. de autoritate Papa, cap. 22. ad fin. vers. Ad objecta, ubi agit si potest Summus Pontifex propria auctoritate sibi successorem nominare, de quo etiam vide Syar. tract. de fide, disp. 10. sect. 4. a nu.

14. meminit etiam Baronius tom. 11. annal. anno Christi 1073. vers. Sed inter haec, fol. mihi 417. quem consule. An autem Principes seculares possint se intromittere circa electionem ecclesiasticorum, vide Martiam de jurisdictione, cap. 33. nu. 9. p. 2, qui nostri textus meminit.

In principio textus, ibi, In nomine Domini. Hoc initium vetus est institutum, Plato enim in

quadam epistola ait: In omnibus qua dicimus, vel cogitamus, à Deo initia ducenda sunt. Sic etiam exordit Lustinianus in l. 2. C. de officio praeficii prætor. Africa, & in Authen. de armis, collatione 6. refert plura Cald. de emptione, cap. 1. nu. 2. & seqq. utilis namque est invocatio nominis Domini, ut per eundem nu. 14. vide multa apud Servium, Pontanum, & Cerdam, ad illud Virg. Eclog. 3. Ab Iove principium musa. An autem solemnitas invocandi Dominum, si omessa sit, vitiet instrumentum? Partem affirmativam tenet Dec. in cap. 1. de fide instrum. Barbacia in Rubr. de fide instrumentorum. nu. 38. dicit communem Cronus, quem refert Menchac. de success. Yesol. §. 7. num. 33. per textum in presenti. Contrariam opinionem tenet Alciat. lib. 6. Paradox. cap. 6. Covat. practic. cap. 20. nu. 1. Valasc. de jure emphyl. q. 7. nu. 38. vers. Dixi autem, testatur communem post alios, quos sequitur Cald. dict. cap. 1. nn. 15.

Ibi,

4. **Ibi, Ab Incarnatione eius.** Debet ergo annus computari ab Incarnatione Christi circa 25. diem Martij, & ita fecit Rex Alfonsus in propositio Partiarum, & ibi, Gregor. Lopez, verbo, DE LA ENCARNAZIONE. Quodam sit verum, vide Gavar. lib. 1. resolut. cap. 12. nro. 2. ubi latè de ratione computandi temporis ab annorum numero.

5. **Ibi, Beatissimum.** Sic vocatur Papa in cap. Si gratijs de rescriptis lib. 6. Quæ nomina Beatissimi, & sanctissimi, incepere à Leone 1. cui ea attributa, tanquam sanctissimo, & beatissimo presuli, nec non commendatione dignissimo. Retenta vero sunt eadem nomina ab subsequentibus Pontificibus, ratione officij, & muneris, quod gerunt quemadmodum Reges Francie Christianissimi, Hispaniarum catholici auditunt, & quanvis à jure vocetur multis nominibus, tamen de stylo Curiae in signaturis gratiae apponi solet, Beatissime Pater, tradit Rebus. in praxi, 1. p. tit. forma signaturæ simplicis, in vers. beatissime, Lege AZOR. tom. 2. lib. 4. cap. 4. q. 2.

6. **Ibi, Cardinales adhibeat.** Qod erat antiquitus officium Cardinalium, & multa circa illorum potestatem, & dignitatem, vide per Turricrem in summa lib. 1. cap. 80. Pelag. de planeta Ecclesie, lib. 2. cap. 16 Cassan. Catalog. gloria mundi 4. p. ex consideratione 10. Mandosium in Glossa facultatum, §. Consideratos, in verbo, Cardinales, pag. 129. Duarenus de Ecclesia ministerio, cap. 13. Menoch. de arbitriar. casu 392. nro. 8. Genebrard. in Chronograph. lib. 4. anno Christi 1044. plures congerit Cened. 2. p. Collectan. 115. quibus addit Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 9. & 10. Petrum Greg. in Sintagmat. juris, p. 2. lib. 15. cap. 4. AZOR. tom. 2. lib. 4. cap. 1. per totum, latissime, Vasquez de sacramento ordinis, disp. 242. cap. 1. & seqq. qui nro. 4. probat ordinem proprium Cardinalium non fuisse à Christo Domino institutum; & de dignitate Cardinalium facta comparatione cum Episcopis, vide eundem. nro. 5. & nota quod nomine clericorum etiam dignitas Cardinalium comprehenditur, de quo Perez ad l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordinam. vers. Clericorum nomine.

7. **In Vers. Eligatur autem, ibi,**
Qui in praesenti Rex, & futurus Imperator. Nota ex textu Imperatorem elegi primum in Regem Romanorum, postea vero in Imperatorem, ut tradit AZOR. in summa, p. 2. lib. 10. cap. 4. in principio, & seqq. ubi multæ questiones de Imperatore deluuntur.

8. **Ibi, Electus tanquam Papa.** Ergo Papa ante coronationem est verus Pontifex, & obtinet authoritatem regendi Roma-

nam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod beatum Gregorium ante suam coronationem cognovimus fecisse, imo excommunicantur omnes qui asserere non verentur, summum Pontificem ante suæ coronationis insignia se non debere intramittere de provisionibus, reservationibus, dispensationibus, & alijs gratijs faciendis, ut per Modulum in §. LXX. est inscrita: de jure naturali, dubi. 4. nro. 7. i. ratione.

9. **In vers. Quod si quis contra, ibi, Synodal sententia.** Intellige cù abbat. post

Hosiliens. in cap. Licet, de vita, nro. 11. vers. Et ex predictis, de electione, qui dicit quod si aliquis fuerit electus in Papam per electionem, vel presumptionem, vel quodlibet ingenium, non debet recipi pro Papa, sed excommunicatus, cum omnibus factoribus suis.

10. **In vers. Quisquis vero.** Licet enim schismati de quibus agit textus gravissimum anathema incurant, & depositionem, non tamen ipso facto, nec etiam irregularitate incurrunt; notwithstanding utrumque suar. de censur. disp. 43. sec. 2. num. 7. ad fin. fol. 1071. col. 1.

11. **In Glossa, verbo, Futuris casibus.** Colligit Glossa ex textu futuris casibus prudenter occurrentum. Hinc datus est aliquando à Deo ijs, qui ad rem. sedent, spiritus prophetæ, ut impendentia mala præviderent, ac providerent. Quo videntur afflati septuaginta illi seniores quos Moyses adlegit. Cum requiesset in eis spiritus, prophetaverunt. Num. cap. 11. nro. 25. Ut qui præesse eligebantur, spiritu prophetæ futura prænoscerent, ac prædicarent. Et infidelibus regibus etiam videmus, quod Deus impertierit spiritum quendam prophetæ per visiones, & somnia, ut Pharaoni Genes. 41. nro. 1. Nabuchodonosori Daniel. 2. nro. 1. quia principis est, & diuinare, & de commodis reipubl. sonniare. De hoc arguento videndus Abulensis ad citatum locum, Num. q. 54. post principium, & Pierium Hieroglyphi. lib. 1. cap. 4. de Leone. & Ioannem de Lacerda comm. in 1. Aeneidos, qui Chrysost. Platonem, & Philostratum in ornatum adducit.

12. **In Glossa, verbo, Tractantes.** Dicit Glossa, quod semper debet tractatus præcedere electionem, alioquin electio nulla est, sed eam improbat Boer. decis. 1. num. 68. quem vide:

13. **In Glossa, verbo, Religiosissimi.** Nota quod Episcopi appellantur religiosissimi, & reverendissimi, & quod alios titulos habent, vide per Martam de jurisdictione, p. 2. cap. 34. AZOR. tom. 2. lib. 3. cap. 27. q. 1.

14 In Glossa, verbo, Fieri in urbe.

Dicit Glossa electionem non valere, si absq; legitima causa fiat extra ambitum Ecclesie Cathedralis; valere tamen factam in quolibet loco commodo intra Ecclesiam Cathedralem, sive facta fuerit in choro, sive in capitulo, convenit inter omnes. Vide de utroq; Azor. in summ. 2. p. lib. 3. cap. 18. ad fin. vers. Quares.

15 In Glossa, verbo, Audientia, ibi, Non possit petere restitutionem.

Ergo si excommunicatus spolietur, non potest petere restitutionem. Sequuntur sententiam Glossæ Felin. in cap. Dilectus, nu. 11. de rescriptis. Dec. in cap. Intelleximus, nu. 8. de judic. Rip. in l. Naturaliter, §. Nihil commune, à nu. 86. usq; ad nu. 87. ff. de acquir. possessione.

CAP. Qui Episcopus. II.

S V M M A R I V M .

- 1 Episcopi quomodo sint eligendi?
- 2 Temperantia quid sit?
- 3 Electio Episcoporum pertinebat ad clerū.
- 4 Siebat consensu Pontificis.
- 5 Populus eligebat simul cum clero.
- 6 Canonici soli Episcopum eligebant.
- 7 Imperatores, & Reges nunc Episcopos eligunt.
- 8 Rex Lusitanie habet ius presentandi ad Episcopatus.
- 9 Mortuo Episcopo denuntianda est mors Regi.
- 10 Inventarium honorum Episcopi, coram quo judice debeat fieri?
- 11 Bonum gratia Dei acquiritur.
- 12 Pænitentia Sacramentū, quid requirat?
- 13 Glossa, verbo, dimittantur, reprobatur.
- 14 Neque beati in calo mercari, neque demones in inferno possunt demereri.

Agit textus de electione Episcoporum, & quanta litterarum scientia, & moralium integritas in eis requiratur; de quo vide latissime Azor. in summa moral. part. 2. lib. 3. cap. 28. Bertachin. de Episcopo, lib. 2. part. 1. ex nu. 1. & seqq. Adde Concil. Triad. sess. 22. de reformat. cap. 2. & sess. 24. de reformat. cap. 1. & sess. 25. de reformat. cap. 1. Vide etiam latissime Sotomaior in Commentarijs, epistola 1. ad Timo-

theum, cap. 3. per totum, Anastasium Germonium de sacrorum immunitatibus, lib. 2. cap. 6. ex nu. 1. Ioannem Marianum lib. 3. de Rege, cap. 1. ad finem, & cap. 2. per totum. Bernardinum Rosignolum de disciplina Christiana perfectionis, lib. 5. cap. 2. §. Elsi Episcopi. Guilielmum Rossaum de rege excommunicando, cap. 8. Antonium de Vanales de dignitate sacerdotali, cap. 1. §. 1. Aliquando olim coniugati creabantur Episcopi, ut per Baron. tom. 1. annualium. anno Christi 58. à nu. 18. Promovendus in Episcopū, est semper examinandus, facta inquisitione. Henrig. in summa, lib. 10. cap. 18. §. 1. & ibi littera C. nostrum textum refert, & adde posita ad cap. Episcopus, infra, eadem dist.

Ibi, Temperatus. Vide de temperā-
tia, D. Thom. 2.2. q.

141. Temperantia enim insinuat quandam moderationem, quam ratio actionibus, & affectibus humanis imponit; versatur primariò in voluptatibus gustus, & tactus, moderandis: latè Lessius de justitia lib. 4. cap. 1. na. 1. & sequentiis, latissime Bernardin. Rosignol. supra relatus, lib. 5. cap. 33. per totum. Ludovicus de la Puente in libro, qui inscribitur, Guia espiritual, tractatu 4. cap. 15. §. 3. D. Joannes Soares Episcopus Conimbricens. in Matib. cap. 14. tractatu 2. Didacus Scilla enarratione, in cap. 6. Luca. Guilielmus Alottus in suo Thesauro, velbo, Temperantia. Joannes Gagnaus in epist. ad Galat. cap. 5. & ad Romanos, cap. 13. Tandem Joannes Rulin. serm. 2. dominica 15. post Trinitatem, elegantissimilitudine dixit, temperātiā esse veram geometriam. Si enim, inquit, geometria docet mensuras terrarum, temperantia docet mensuram corporis nostri contragulam.

Ad fin. textus, ibi, Cum conse-

su clericorum, et laicorum. Ergo ad clericum, & populum pertinet electio Episcoporum. Tu pro materia resolutione statue sequentes conclusiones. Sit prima conclusio. Solum ad Pontificem pertinebat ius eligendi Episcopum; juxta cap. 1. supra, dist. 22. tradunt Bertachin. de Episcop. lib. 1. part. 3. nu. 1. Azor. in summa part. 2. lib. 3. cap. 28. vers. Tertio queritur, Gonçalos ad regulam de mensibus in proœmio, §. 1. Garcia de beneficijs, 5. p. cap. 1. nu. 1. Cabed. de patronat. Regie coronæ, cap. 37. nu. 3. in principio, Vasquez de ordine disp. 244. cap. 3. nu. 18.

Secunda conclusio. Romanorum Pontificum consensu expresso, vel tacito, electiones Episcoporum siebant. Nam scientibus, & non repugnantibus, nec aliud statuerintibus Romanis Pontificibus cū jure possent, clerici cuiusq; Ecclesie cathedralis in unum simul convenientes, unum quendam in Episcopum nominabant, designabant, et eligeant. Ita Azor. in summa dist. 22. lib. 3. cap. 28. vers. Tertio queritur, Vasquez. d. cap. 3. nu. 23. & seqq.

Q

Tertia

5 ab Tertia conclusio. In hac nominatione, designatione, & electione non semper idem mos, & usus est retentus. Aliquando clerici simul, & populus nominabant, designabant, & elegabant (ut ait noster textus). Aliquando populus petebat, ac postulabat Episcopum, Clerici vero eligebat. Aliquando etiam Episcopus sibi adjutorem adscivit, quem postea successorem nominavit, vel mortui vicinus Episcopum in sui locum successorem designavit. Aliquando clericci eligebat, populus vero nominabat, & Principis requirebatur assensus. Probatur conclusio ex multis iuribus relatis decis. 62. & 63. Tradit Azor. supra citato loco, & vers. Non itaq. Bertachini de Episcopo, lib. I. p. 3. n. 4. 2. & 33; Vazquez d. disp. 244 cap. 4. T. 1. s. 1.

6 *Quarta conclusio.* Postea tota Episcopo-
rūm eligendi facultas ad canonicorum colle-
gium redacta, & devoluta est, ita ut soli cano-
nici Episcopum eligerent, exclusis non solum
laicis, sed etiam cæteris Ecclesiæ clericis, quā-
vis beneficiarijs. *Quæ lex, & consuetudo diu*
in Ecclesia duravit. *Berthachim.* *de lib. I. p. 3.* per
totos numeros; *Azor.* *d. vers. Tertio queritur, ad*
fin. latè Covarr. *in regula possebor. 2. p. §. 10.* nu. 5.
vers. Olim, & de hac consuetudine agunt leges
Hispaniæ, *lib. I. tit. 3. L. 3. ordinam.* anno Domini
1366. & p. 1. tit. 5. l. 18. anno ab Incarnatione Do-
mini 1251. ubi *Gregor. Lopez Glossa I.* multa doctè
congerit. Cabed. *de jure patron.* *Regia coronæ, cap. 37.*
nu. 3 post principium. Azeved. *lib. I. tit. 6. l. 1.* no-
te recop. à nu. 1.

7 *Quinta conclusio.* Tandem ius nominandi, designandi, offerendi, & præsentandi Episcopos, datum est Imperatoribus, Regibus, atque Principibus, Romanorum Pontificum nutu, & assensu. Vnde nunc Reges Hispaniae Episcopos nominant, designant, eligunt, & offerunt Romano Pontifici, ut eos in Ecclesijs instituant. *Gregor. Lopez.* ubi proximè, latè *Covarr. d. nu. 51. Azor. did. vers. Tertio queritur, in fine. Paliatus in introductione Rubricæ de donat. nu. 24. Azeved. lib. I. tit. 6. l. II. novæ recop. num. 7. *Anastasius Germanius* de sacrorum immunitatibus, lib. 3. cap. 12. nu. 40. Idem de Regibus Franciæ tradunt idem *Anastasius* nu. 32. *Azor.* ubi proximè, *Palat.* nu. 28. *Azeved.* nu. 8. *Rebus. in concord.* tit. de nominatione Regis ad pralatus, §. *Glo.* vacantibus, pag. 84. Idem de Regibus Angliae firmat *Anastasius* nu. 31. *Palatius* nu. 29. ante mediæ. *conclusionem.**

825 Rex Hispaniarum habet ius praesentandi, & nominandi ad Archiepiscopatus, & Episcopatus huius Regni. Narrat in cap. Novit, notab. 3. nro. 165. de iudiciis. Cabed. de jure patronat. cap. 37. nro. 1. Quod ius praesentandi caput a tempore Regis Alphonsi quinti, ut tradit insignis Pereira de manu Regis, t. p. fol. 234. m. 176 ad fin. Quod etiam de Regibus Poloniae tradit a Zor. d. vers. Tertio, in fine. Idem de Regibus Neapolis, & Hungariae,

probat *Anastasius Germanius*, d. cap. 12. nn. 30, & 31. Solum per Germaniam vetus consuetudo in Ecclesijs servatur, in quibus Canonicorum collegium Episcopum nominat, designat, & elegit. Electus vero, Pontificis auctoritate confirmatur. Notat *Azor.* ubi proxime. Attamen Pontifices Romani nolunt Episcopos electos consecrare absq; eo, quod Imperatoris assensus interveniat; notavit *Anastasius Germanius*, dict: cap. 12.

Sexta conclusio. Mortuo Episcopo, denuncianda est mors per Capitulum Regi. Innoc. in cap. Quod sicut, ubi Abb. nu. 7. de electione, Palatius, ubi supra, nu. 25. Cabed. dict. cap. 37. nu. 6. ut Rex nominet personam Summo Pontifici, ad providendum de Episcopatu vacante, quod debet fieri intra sex menses, ut per eundem Cabed. nu. 4. qui ait, quod non possunt his dignitatibus insigniri, nisi à Regibus nominati, & præsentati, ex Gregor. Lopez ad l. 18. tit. 5. part. 1. verbo, Antigua costumbre. Covarr. dict. nu. 5. in fin. Azeved. lib. 1. tit. 6. l. 1. nova recop. nu. 2. Bonorum custodia Episcopi defuncti pertinet ad Regem, Palat. ubi supra, nu. 28. Cabed. nu. 7. & part. 1. decis. 84. atq; Ecclesiæ pastore viduatæ sub Regis protectione sunt. Afflict. in constit. Rub. 28. nu. 1. lib. 3. Cabed. ubi supra, nu. 8.

Rursus inventarium bonorum Episcopi fa- 10
ciendum esse à judice laico, tradit Cabed. decis.
84. part. 1. ubi de jure fundat hanc practicam;
sequitur Cevallos de violentia, 2. p. q. 76. nū. 13. Sed
hoc ius mihi non probatur; quia Episcopi de-
cedunt ab interstati, & eorum hæredes sunt alij
Episcopi, Ecclesia, vel Camera Apostolica; quæ
omnia sunt personæ ecclesiasticæ; & tunc invē-
tarium debet tantum confici coram judice ec-
clesiastico, tradit in specie Franciscus Marcus de-
cis. Delphinatus, p. I. decis. 105. quèm sequitur Mar-
ta de jurisdicione, 4. p. centuria 3. casu 122. nū. 16.

In Glossa, verbo, Per conditio- 11
nem, ibi, *Æque ad bonū, & malū.*
Non omnino, quia malum, per solum liberum
arbitrium, bonum autem non nisi gratia Dei
assistente acquiritur. *Magister sententiarum cum
communi, in 2. dist. 24. & 25. ad fin. & de hac que-
stione, alijsq; concernentibus, vide eleganter
Suar. de gratia, lib. I. cap. 21. nu. 1. & cap. 8. nu. 4.
& cap. 26. ubi satis explicat quomodo mala ope-
ra solum in liberum hominis arbitrium; bona
vero, & supernaturalia in Dei gratiam refun-
dantur.*

In Glossa, verbo, Demittantur, 12
ibi, Per contritionem. *Navarr. in Mass. nual. cap. 1. n. 38.*
qui latè agit de differētia inter pœnitētiām pec-
catorū ad baptismū necessariam, & inter eam,
qua necessaria est ad sacramentū pœnitētiæ.

Im

13. In eadēm Glossa, ibi, Non per baptismum. Recte contra dicit adnotatio marginalis. Conclusio enim vera est, & de fide Sacraenta novæ legis causas esse gratiæ, nam sub ijsdem fere terminis, definitur in Trid. seß. 7. Canon. 6. 7. & 8. & seß. 6. cap. 7. dixerat baptismum esse instrumentalem causam justificationis. Concil. etiam Floren. hanc constituerat differentiam inter Sacramēta antiqua & nostra, quod illa non causarent gratiam; nostra vero, & continent, & conferrunt digne suscipientibus. Præterea in Synodo Nicœno, & Constantinopolitano dicitur: Confiteor in unum baptismia in remissionem peccatorum. Quibus verbis significatur per baptismum conferri remissionem peccatorum, & consequenter etiam gratiam. Lege Suar. tom. 3. in 3. p. disp. 7. seß. 1. ubi hanc conclusionem latè ex Patribus probat. Quæ autem dispositio necessaria sit in suscipientibus Sacraenta? Vide citatum Suar. & Vasq. tom. 2. in 3. part. Egydium de Conink de Sacramentis, q. 62. art. 1. dub. 2. ubi plures de hac re differentes reperies.

14. In Glossa, verbo, Non per conditionem, ibi, per id quotidie meretur. Affirmat Glossa hoc loco, Angelum, vel quem libet beatum mereri posse. Firmior tamen opinio afferens, beatos iam non esse in statu merendi. Ita Suar. 3. p. de gratia, lib. 12. cap. 15. & cap. 34. ubi plurimos refert Theologos. Et consequenter ad hanc doctrinam dicendum est, etiam dæmones in Inferno nullum incurtere demeritum. Ratio est, quia status meriti, vel demeriti est solus status viatorum; sed tam beati, quam etiam damnati iam sunt in termino, & extra viam, ergo neque mereri, neq; demereri possunt.

CAP. His igitur. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Conversatio clericorum qualis esse debeat?
- 2 Amor inordinatus pecuniae qualis sit?
- 3 Iactantia opponitur veritati.
- 4 Seniores junioribus dominantur.
- 5 Sacramentum matrimonij an possit vendi? & nu. 6.
- 7 Sacramentum matrimonij an sit maius ceteris?

1. **A**git textus qualis esse debeat clericorum conversatio, & verba illius refert Repertorium Inquisitorum, verbo, clericus, vers. Item, de vita

clericorum, & ibi additio, littera B. Adde Conc. Trid. seß. 14. in proœmio, & seß. 22. cap. 1. de reformat. & Huius textus meniunit Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 57. Glossa 1. & seqq. quenq; latissimè vide circa materia. Contra clericos autem exclamat Bernard. in 4. lib. de considerat. ad Eugenium Papam: De clericis quid dicam? Nam aliud sunt, aliud dicunt, aliud videnti volunt. In habendis temporalibus sunt ut laici, in habendis præbendis, sunt ut clerici; in plateis sunt ut milites; in vestimentis sunt ut mulieres; non laborant ut laici; non prædicant ut clerici; non fructificant ut mulieres; cuis ergo ordinis sunt? nullius. Sed credo eos esse ordinandos; ubi nullus est ordo; sed sempiternus horror inhabitat. O verba aurea, & digna tanto doctore! Vide cap. Multi, distinct. 40.

Ibi, Amorem pecuniae. Intellige in ordinatum, D. Thom. 2. 2. q. 118. art. 1; quando autem iste amor sit in ordinatus, vide ibidem per Casian. Ego illum pecuniarum amorem inordinatum dicam, qui animi otium, & tranquillitatem adeo inturbat, ut vel noctis somnos, vel diei quietem abrumpat, vel etiam aliquid contra divinam legem committat. Quem amorem cum pecunia crescentem, & decrecentem finxit Iuvenal. satyr. 13.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Est etiam inordinati amoris apertissimum argumentum, inquit idem Iuven. quando

Maiore tumultu.

Planguntur nummi, quam funera.

Legè D. Ambros lib. 2. officior. cap. 21. Cassiodorum lib. 5. epist. 13. Proprietum lib. 13. ubi affirms omnes curarum, ac sollicitudinum fluctus ab inordinato pecuniarum amore concitari.

Ergo sollicita tu causa pecunia vite es.

Quantum vero discriminis sit inter habere, & amare pecunias? Vide Ioannem Royardum in homili. ad illud Luce 19. Zachæus Princeps publicanorum, & ipse dives. Franciscum Titelmannum ad illud Matth. 10. Nolite possidere aurum, neq; argentum. Pinedam lib. 7. de rebus Salomonis, cap. 13. ubi excitat questionem an peccaverit Salomon immenlos pecuniarum cumulos coacervando? Illumq; ab omni peccato excusat cum D. Thom. Abulensis. Iansenio, Palatio, & alijs; eo quod illas pecunias ad templi fabricam construendam asserabai. Quæ finis recte ordinatus habetur.

Ibi, Iactantiae Iactantia opponitur veritati, per modum cuiusdam excessus; tradit D. Thom. 2. 2 q. 112. art. 1. Vtrum jactantia sit peccatum mortale? Vide per eundem art. 2.

Ibi, Senioribus obedientiam. Seniores namq; naturaliter junioribus dominari tradic. Aristot. lib. 2. Politie. & eum allegat Albert,

Albericus in suo dictionario, verbo, *Sines*; & de obedientia erga senes multa congerit. Tiraq. de jure primogen. in prefat. ex nu. 81. & nu. 85. nostrum textum refert. Consule Mendoçam tom. 2. in lib. I. Reg. cap. 4. nuos. 15. in exposit. litterae, ubi multa de ienam præstantia, & quam utiles sint rei pub moderandæ.

5 In Glossa, verbo, Pro beneficijs, ibi, In omnibus Sacramentis cōmitti simoniam, nisi in matrimonio.

Vera sententia est Sacraenta, ut sic, esse propriissimam materiam simoniæ iuri naturali contraria; ita *Suar.* tom. I. de religione, lib. 4. de simonia, cap. 10. nu. 5. Excepit Glossa nostra matrimonium, & licere illud vendere, neq; esse materiam simoniæ dicit *Glossa* 2. in cap. Cum in Ecclesia de simonia, quæ fatetur matrimonium esse Sacraentum, & nihilominus posse vendi, quia in eo, ait, gratia non confertur juxta cap. *Connubia* 32. q. 2. & cap. *Nupiarum* 27. q. 1. Idem tenet *Glossa* in summa, & in cap. *Quia quid* 201. I. q. 1. & in cap. *Vendentes* I. q. 3. neq; ab eadem sententia discordat *Durand.* in 4. distinc. 26. q. 3. *Aleensis* 2. p. q. 169. art. 1. dub. 1. nu. 4. Nihilominus certum est non esse talem exceptionem admittendam, nam matrimoniu verum est Sacraementum novæ legis, & gratiam ex opere operato conferit Concil. Trid. sess. 24. Canon. I. *Suar.* tom. 3. in 3. part. disp. 7. sect. 1. & 2. Vnde consequenter sequitur matrimonium quatenus Sacraementum est, vendi non posse. Ita Theologi cum *D. Thom.* 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. cuius tempore ut advertit *Suar.* tom. I. de relig. lib. 4. de simonia, cap. 10. nu. 8. non erat ita certum matrimonium esse verum Sacraementum, & dare gratiam.

6 Fundamētum autem illarum glossarum erroneum est, & nunc hæreticū, ut ait *Suar.* citatus, sed fortasse Glossæ non intellexerunt matrimonium esse Sacraementum proprie institutū à Christo, sed lato modo sicut fuit in statu innocentia, & in omni lege, unde inferebāt venu di posse: sed licet in hoc sensu illatio posset suinieri ex *Suar.* citato, nu. 8. tamen in antecedenti duplex error includebatur, & quod matrimonium non sit Sacraementum, & quod gratiam non conferat, neq; iura quæ Glossæ allegant sunt ad rem, ut videre est apud *Suar.* citatum, nu. 9. Superest adhuc difficultas circa usum Ecclesiæ: videmus enim in matrimonijs pecuniam semper dari, & multa pacta intervenire priusquam fiant. In qua difficultate responsio cōmunitis est hoc non esse pretium matrimonij, sed dotem necessariam ad onera matrimonij sustentanda. Ita cōmunites doctores in cap. *Cum Ecclesia*, ubi Panorm. nu. 2. & *Thom.* de Argent. Anton. Sylvest. Tabien. & alij, quos citat, & sequitur *Suar.* citatus, nu. 10. & sumitur ex cap. *Per vestras de donatione*.

inter vitum, & uxorem, & I. *Pro ceteribus, C. de jure dotium.* Circa alios contractus, qui ibi solent intervenire docet *Suar.* nunquam enim, aut vendi matrimonium, qua Sacraementum est, & aliquid spirituale: sed vel materialem contractum, vel corpus ipsum materiale, quod est materia Sacraementi.

In eadem Glossa, ibi, Cum sit maius inter Sacraenta. Videtur *Glossa* in hoc loco admittere, Sacraementum matrimonij esse maius ceteris. In qua difficultate certum in primis de fide est non omnia Sacraenta esse inter se æqualia, ut definit *Trid. sess. 7. Canon. 3.* Dicendum insuper Sacraementum Eucharistie ceteris omnibus esse simpliciter præstantius, ac dignius. Ita *D. Thom.* 3. part. q. 65. art. 3. Idem sumitur ex doctrina Concilij Trid. sess. 13. cap. 1. 2. & 3. Quod attinet ad cetera Sacraenta: Baptismus ceteris præstat ratione necessitatis, nam absq; ipso in re, vel saltem in voto suscepito, non acquiritur gratia, nec salus æterna, ut ex Scriptura, Concilijs, & doctrina Patrum probat *Suar.* tom. 3. in 3. part. disp. 27. sect. 1. estq; deside. Item *Valentia de baptismo*, disp. 4. q. 3. punto 4. Ordo excellit ratione ministri illum conferentis: Confirmatio, ut ait *D. Thom.* medium locum tenet. Pœnitentiæ sacramentum ratione necessitatis ceteris excellit, excepto baptismō. Extrema Vnctio est maioris perfectionis, ut ait *D. Thom.* 3. part. q. 65. art. 3. quatenus supponit pœnitentiæ Sacraementum, eiq; maiorem gratiam superaddit. Matrimonium autem secundum perfectionem est simpliciter extreum, quia minimum habet de spiritualitate, ut ait *D. Thom.* q. 65. art. 3. ad primū: quoad significacionem tamen est magnū Sacraementum, ut ait *D. Paulus*: lege *Valentiam* tom. 4. disp. 3. q. 6. punct. 3. ubi etiam statuit quodlibet Sacraementum secundum quid, idest secundam aliquam rationem, quam facile sit in ipso invenire, videri posse quolibet alio dignius: in quo sensu possit nostra Glossa explicari.

CAP. Tales. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Clemens Pontifex primus quis fuerit?
- 2 Prelatus promovens indignum tenetur ad interesse.
- 3 Melius est paucos ministros habere idoneos, quam multos inutiles.
- 4 Non sunt allegandi multi authores.
- 5 Palatius nostra Glossa meminit.

A

IN

IN superscriptione, ibi, Clemēs ad Iacobum. Fuit Clemens primus, patria Romanus, de Regionē Celij montis, patre Faustino; creatur Pontifex anno Christi 93. & fuit quartus Pontifex in Ecclesia Dei. Nam Linus secundus est habitus, tertius Cletus, tametsi plerique secundum post Petrum putaverint Clementem fuisse, martyrij coronam accepit anno tertio Traiani Principis 19. Kal. Decembri. Instituit ut cathedra episcopalē in imminentiori loco poneretur, quodq; baptizatus, pro ut citius fieri posset, confirmaretur. Vide Platinam in eodem Clemente, Baron. tom. 1. annalium, anno Christi 93. & sequentibus, & anno 95. à nu. 1. refert epistolam, quam Clemens Papa scripsit ad Corinthios; & nu. 6. & 7. tradit Clementem plures epistolas scripsisse, & tom. 2. anno Christi 102. nu. 6. ubi agit de hac epistola ad Iacobum missa. Adde tempore Clementis oracula Græciæ redditæ esse muta, ut dicto tom. 2. anno Christi 100. nu. 3. & 4. Obiit eius tempore S. Ioannes Evangelista, de quo videbis dicto tom. 2. anno Christi 101. nu. 2. & seqq.

2 In textu. Vide quæ circa illum tradit Palatius in repetitione, cap. notab. 2. §. 26. nu. 11. & præcedenti, ubi per illum, & alia jura, tenet, quod p̄r̄latus promovens indignum tenetur ad interesse Ecclesiæ, quam legit, & ante illum extollit Felin. in cap. Si quando, nu. 13. de rescriptis.

3 Ibi, Melius est. Notat Rebūf. in præxi, p. 1. tit. de pena cōtra collatores indignis conferentes, & Greg. Lopez p. 2. tit. 22. l. 7. Glossa ult. ubi textū citat ad hoc, quod melius est paucos idoneos habere ministros, qui possint opus Dei dignè exercere, quam multos inutiles. Adde l. Fin. vers. Eo scilicet, C. re militari, lib. 12. Heniq. in summ. lib. 10. cap. 17. §. 1.

4 In Glossa 1. ibi, Item est hic argumentum. Vide Præpositum in cap. 1. nu. 7. dist. 10. qui p̄ hanc Glossam tenet, quod non oportet authorum allegare multitudinem, ad verbositatem vitandam, quia melius est pauca, & utilia expendere, quam multis, & inutilibus prægravari. Multitudinem librorum, & auctorum improbat eleganter Seneca lib. de tranquill. animi, cap. 8. & epist. 2. ac 45. ubi acurate Lypsius. Non est tamen diffidendum, plurimum habere auctoritatis, collectas ex multorum capitibus sententias, ut testatur Plutarbus in moralibus. Qua ratione ex florū diversitate concinnatus fasciculus, oculis gratiior, & odoratui est jucundior. Adde quod teste Arist. in eib. illud firmioris veritatis esse arguitur, quod multis placuisse creditur.

In Glossa, verbo, Grave. Adde quæ tradit latius repetitione, cap. In notabili 2. §. 26. nu. 11. & præcedenti.

C A P. Illud. V.

S Y M M A R I V M.

- 1 Concilium Carthaginense tertium, quando celebratum?
- 2 Criminosus non excipit contra electum.
- 3 Contra electū in Episcopū, potest opponi.
- 4 Eligere aliquando est consecrare.
- 5 Personæ, quæ admittuntur ad excipendum contra Episcopum.

IN superscriptione, ibi, Ex Cōcilio Cathaginensi 3. cap. 4.

Hoc Concilium provinciale quidem fuit, sed confirmatum est in sexta Synodo in Trullo; refertur 1. tom. Concil. fol. mihi 503. cap. 40. circa tempora Siricij Papæ, Attico, & Cæsario cōsulibus, sub anno 417. teste Mariano Scoto, sed vide posita ad cap. Lectores, nu. 1. infra, dist. 32.

In textu. Vide Panormitan. in cap. Super 2 bis, num. 10. & 11. de accusat. ubi per istum textum tenet, quod criminosus prosequens interesse publicum, non admittitur ad excipiendum contra electum, seu confirmatum; & est ratio quia, iste excipiens voluntarius, tenet vicem accusatoris: allegat Innocent. in d. cap. Super his.

Ad med. textus, ibi, Discutiātur 3 primò personæ contradicentium.

Notat Gregor. Lopez part. prima, tit. 5. l. 28. Glossa 4: ad hoc, quod contra electum in Episcopum, & confirmatum, potest apponi crimen ad effectū, ut expellatur à consecratione.

In Glossa 1. ibi, Consecrandū.

Ergo verbum, eligere, ponitur quandoque pro consecrare, argumento textus in cap. Cum dilectus de consuetud. & ibi, Glossa, verbo, electio.

In Glossa, verbo, Plebe. Tradit 5 Glossa quæ personæ debent admitti ad excipiendum, vel accusandum Episcopum electum; de quo ultra notata in præsentि, per Præpositum à nu. 6. & posita ad cap. Cum P. de accusat. Vide plura per Tyber. Decian. responso 8. à nu. 2. volumine 1. Farinac. tom. 1. q. 12. nu. 12. & 13.

CAP. Quamquam. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Toletanum 11. quando celebratum?
- 2 Clericus quando ordinatur profitetur fidem.
- 3 Plus roboris habet, quod in specie dicitur, quam quod in genere.
- 4 Hereticus potest puniri pena pecuniaria
- 5 Glossa reprobatur, & textus aliter intellegitur.
- 6 Plus valet specialis cautio, quam generalis.
- 7 Mantua Glossa meminit.

IN superscriptione, ibi, Ex Cōcilio Toletano 11. Refertur 2. tom. Concil. fol. mihi 879 cap. 1. nu. 10. circa tempora Vitaliani Papæ, & Vbambani Regis Hispaniæ, anno Christi 656. Fuitq; Concilium provinciale.

2 In textu. Notat hunc textum Ochogavia de Sacramentis, tit. De Sacramento ordinis, q. 10. nu. 8. Rebus. in praxi, part. 1. tit. De clericis, & quomodo creentur num. 31. ubi ait, quod antequam clericus creetur, caveat scriptura propria, quod fidem catholicā tenet, quod tamen ait ex consuetudine non servari. Hodie antequam ordinantur presbyteri, coram Episcopo stantes, profitentur fidem, promittuntq; Pontifici, & Prælato suo obedientiam; ut videre eit apud Pontificale Romanum, part. 1. fol. 72. Adde posita ad cap. Quando 3. nu. 4. textum etiam notat Suarius, ad hoc, quod s̄epe juramento promittimus servare ea, ad quæ alioqui ex lege tenemur, tom. 2. de religione, lib. 2. de materia voti, cap. 6. nu. 7.

3 Ibi, Plus timeri. Notat Tiraq. de jure maritali, Glossa 7. nu. 124. ad hoc, quod magis timetur, & plus roboris habet, quod in specie dicitur, quam quod in genere.

4 Ibi, Inferendi. Notat Boerius decis. 341: nu. 3. ad hoc, quod hereticus potest puniri pena pecuniaria, aut bonis privari, & honore, aut in exilium mitti.

5 In Glossa, verbo, Cautione. Intelligit Glossa de cautione juratoria; aptius tamen intelligitur de simplici promissione; quia alijs contradiceret cap. Nullus, de jure jhr.

In Glossa, verbo, Plus, in vers. 6

Item nota. Dicit Glossa, quod plus valet specialis cautio, quam generalis. Adde Tiraq. de jure maritali, Glossa 7. nu. 124, & nu. 168.

In Glossa, verbo, Transgressores. 7
Yide Mant. lib. 3. locor. cap. 49. col. 1. in fine.

CAP. Episcopus. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Carthaginense quartū, quando celebratum?
- 2 Episcopi dicebantur inspectores speculatores, & visitantes.
- 3 Quale sit Episcoporum officium, & an Episcopatus sit Sacramentum?
- 4 Episcopus quomodo ordinetur, & consecratur.
- 5 Presbyteri an possint consecrare Episcopum?
- 6 Episcopus lethaliter delinquit, si conscius peccati consecratur.
- 7 Episcopi capitibus abraſi erant, & an Episcopus solus consecret electum? nu. 8.
- 9 Ad consecrationem Episcopi, an sit necessarie ponere librum super caput eius?

IN superscriptione, ibi, In Concilio Carthaginensi 4. Habitū est ab Episcopis 414. Era 436. fuit approbatum in Synodo 6. Constantinopoli in Trullo habita, refertur 1. tom. Concil. fol. 511. cap. 1. nu. 2. Tamen Padilla in Epitome Concilior. fol. 14. contendit fuisse celebratum anno Christi 390. tempore Papæ Sircij, de quo videbis etiam posita ad cap. Non operet, infra, hac eadem dist.

Ad textum, ibi, Episcopus. 2
Notabis quod olim Episcopi dicebantur inspectores, superintendentes, & custodes, quorum apud Græcos historicos frequens est mentio, alij enim Episcopos dicebant speculatores, ut auctor est Suidas, apud Mendocam 1. Reg. cap. 7. sect. 2. quia aliorum mores speculando inspiciant, inspectosq; reformat. Alij vero Episcopos, ex nominis ethymologia visitantes appellabant. Vnde 1. Petri 2. nu. 12. dies visitationis apud Græcos dies episcopalis vocabatur. Et Athenienses, quos ad visitandas urbes subditas mittebant, episcopos nuncu-

nuncupabant. Et Homerus *Iliad.* 10. Hectorem Troiae episcopum nominat. Tullius lib. 7. ad *Atilium*, scribit, se maritimæ oræ Episcopū à Pompeio constitutum. Vide *Salmeron in I. ad Timot. disp. 10.* Adde *I. Munerum. 18. ff. de munerib. & honoriib.* ubi dicitur Episcopum esse nomen magistratus, qui pertinentia ad cibum curabat. Tandem consule Iacobum Iasson. ad illud *Psalm. 108. Episcopatum eius accipiat alter, & ibidem commentatores.* Fuit verò Episcopi nomen in Ecclesia antiquissimum, ut tradunt D. Augustinus *de civitate Dei*, lib. 18. cap. 19. latè *Baron. tom. 1. annal. anno Christi 58. nu. 8. & 9. Vasquez de ordine, disp. 236. cap. 1. nu. 112. & cap. 9. nu. 101. vers. Porro.* Martinus Polonus testis est, beatum Clementem statuisse, ut cathedra episcopalnis in imminenti loco poneretur, in quo residens Episcopus, & omnes circunspiceret, & ab omnibus circunspiceretur. Sic intellige Eusebium *Cesariensem*, lib. 1. *de vita Constantini*, cap. 47. dum Constantimum vocat Episcopum; idest, in pace, ac bello præsidentem.

3 Episcopo in Pontificali sex munera designantur: judicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre, & baptizare; licet Ignatius in epistola ad Heronem solum tribuat baptizare, consecrare ordinare, manus imponere, de quo etiam vide *Alcuinum de divinis officijs*, cap. 35. §. *Presbyteri.* Raban. lib. *de instit. clericor.* cap. 6. Porro de explicatione horum munerum, & an sint annexa jure divino, vide latè *Vasquez de Ordine, disp. 236. cap. 10. nu. 111. & seqq.* At episcopatum ordinem, & Sacramentum esse à Christo institutum, latissimè probat idem *Vasquez disp. 240. cap. 3. & 4. Ochogavia de Sacramentis, tract. de Sacramento ordinis, q. 6. nu. 3. & 4.* Adde posita ad *cap. 1. infra, dist. 32.*

4 **Ibi, Cum ordinatur.** De ordinazione, & consecratione Episcopi, agunt latè *Vasquez de ordine, disp. 243. cap. 6. per totum. Azor. tom. 2. institut. moral. lib. 3. cap. 30. per totum. Henrig. in summ. lib. 10. cap. 32. per totum, & cap. 7.* Fit autem Episcopi consecratio die Dominica, ad minus tribus Episcopis congregatis, unus super eundem benedictionis munus infundit, ut noster textus habet; cæteri, qui adsunt, caput eius suis manibus tangunt, & illud unà cum manibus sacro chrismate inungunt. Porro de dignitate Episcopali, vide posita ad principium 40. dist. nu. 1. & 2.

5 An autem ad rationem consecrationis Episcopi pertineat, ut fiat à tribus Episcopis? Vide posita ad *cap. Porro, dist. 66.* Vtrum Sūmi Pontificis potestate fieri queat, ut presbyteri Episcopos consecrent? Vide posita ad *cap. Pervenit, dist. 95.* An etiam is, qui nondum sacerdos fuit, potestatem suscipiat Episcopalem, si consecretur Episcopus? Vide posita ad *cap. Sollicitudo, dist. 52.*

Notabis tamen Episcopum lethaliter delinquere, si lethalis peccati conscius consecretur, ea ratione, quod per consecrationem potestatem ordinis suscipit, quæ est facultas quædam sacramenta conferendi; igitur eo ipso, quod cù lethali peccato accepit consecrationem, facit contra sanctitatem Sacramento debitam; indignè enim suscipit potestatem spiritualem sacramenta ministrandi; tradit *Azor. d. tom. 2. lib. 3. cap. 30. vers. Decimo secundo queritur, & colligitur ex Bellarm. de Sacramento ordinis, cap. 5.* dum docet Episcopalem ordinationem Sacramentum esse.

Ibi, Caput. Episcopos etiam magna saltē ex parte capitū abrasos fuisse, videtur affirmare *Greg. Nazianzenus* agens adversus Maximum; tradit latius *Baron. tom. 1. annal. anno Christi 58. nu. 134.* Insuper ex institutione, & usu Apostolorum manasse certum est, ut Episcopi christiana Ecclesiæ tāquam Reges, & Sacerdotes mitra in sacris ute-rentur pretiosa; tradit idem *Baron. d. tom. 1. anno Christi 34. nu. 248.* Quæres quid illius figura denotet? Respondetur, geminata mitræ cornu fa-figiatam duorum testamentorum scientiam, quam tradere debet, denotare; quam mitram cornuta illa ex divino consortio Moysis, facies *Exod. 34. nu. 30.* quasi gemino cognitionis splē-dore radians præsignificavit. Lux enim, & scientia rerum divinarum in Episcopo maximè requiritur; de quo latè *Lancelotus in templo omnium judicum*, lib. 2. cap. 5. in principio, nu. 7. & sequentibus. *Pacianus de probationib. lib. 2. cap. 29. num. 63.*

In Glossa, ibi, Nullus solus. 8

Firmat Glossa nullum Episcopum per se solū consecrare electum, sed omnes tres simul; vel verius tamen est quod tradit, *Sylvester*, verbo, *consecratio* i. nu. 1. post *Hosliensem*, & *Gofredum*, quos refert, & sequitur, *Azor. d. tom. 2. lib. 3. cap. 30. vers. Tertio queritur*; ubi docet unum Episcopum totam cōsecrationem efficere, alios verò adjutores esse. Pro tota hac materia lege eundem, *Azor. lib. 3. cap. 28. & 29. Egidium Bellan. disp. 20. dnb. 10.*

In Glossa eadem in fine. Dicit **Glossa** 9

quod ad substantiam consecrationis Episcopi, non est necesse ponere librū super caput Episcopi, qui consecratur. Contrarium docet, *Syl-vester*, verbo, *consecratio* i. num. 1. Glossam tamē sequitur *Azor. d. tom. 2. lib. 3. cap. 30. vers. Deinde quæres*, vide etiam *Henriquez in summa*, lib. 10. cap. 7. nu. 3.

CAP. Presbyter. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 Presbyteri qui dicantur?
- 2 Ritus imponendi manus super presbytros antiquissimus.
- 3 Materia, & forma consecrationis presbyteri.
- 4 Presbyteri officium.

Presbyteri qui dicantur? Vide Concil. Trid. sess. 14. cap. 3. post principium, & de eorum aetate vide sess. 23. de reformatione, cap. 12. Est igitur nomen presbyteri non Latinum, sed Graecum, significans seniorem, & antiquiorem aetatem, & varie in sacris litteris usurpatum; licet in novo testamento fere semper sacerdotes significet, vel simplices, vel etiam Episcopos. Tradit copiose Vasquez de ordinis sacramento, disp. 236. cap. 9. nu. 96. & seqq. Greg. Lopez in syntagmati juris. lib. 16. cap. 8. p. 2. Adde quod apud scriptores antiquos sepe nomine presbytere frequens est; presbytere enim illae dicebantur, quarum viris in presbyteros electis, ipsae interim vitam coelibem agebant, ut colligitur ex Concil. Turonensi 2. cap. 20. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 11. tradit Baron. tom. 1. annalium anno Christi 38. nu. 289. item ex qua simpliciter vidue sunt, & matricuri. cap. final. 32. dist. Quo jure presbyteri obligentur ad coelitatum? Videbis posita ad cap. Quando, 28. dist. &c de presbyteri qualitatibus, vide posita ad cap. Vnum orarium, nu. 15. dist. 25.

Ibi, Manus super caput eius. Ritus imponendi manus super eos, qui sacris officijs mancipabantur, ex antiqua lege Apostoli ortum habuit, nam imponendas esse manus ab Aarone, & filiis eius super eos qui sacerdotio levitatem initiantur, satis habetur expressum in Exodo cap. 29. & Num. 8. nu. 10. lege Cornel. de Coinel. ad cap. 1. nu. 4. Levit. ubi optimè de hac ceremonia. Porro eundem ritus impositionis manus Diabolus emulus operum Dei, in Idololatriam olim transtulit, ut author est, Livi decad. 1. lib. 1. qui agens de Numæ ordinatione, super caput eius ab augere sacerdote esse manus impositas tradit; prosequere late cum Baronio tom. 1. annal. anno Christi 44. nu. 84. & seqq.

Ibi, Tempore consecrationis.

De materia, & forma consecrationis presbytiri vide D. Thom. in 4. dist. 24. Henrig. in summa lib. 10. cap. 6. Bellarm. lib. 1. de sacramento ordinis, cap.

9. Ochogavia de sacramentis tract. de ordine, q. 5. Ex quibus collige, quod materia in illo, qui sacerdotio iniciatur, integra ex precepto est traditio calicis cum vino, & patenæ cum hostia, quid si calix vino careat, dicitur ne promotus accipere characterem? Affirmat Henriguez lib. 10. cap. 6. nu. 1. negat Ledesma in summa tom. 1. summa sub tit. de sacramento ordinis, cap. 3. vers. La tercera difficultad. Campanile divisorum juris Canonici rubr. 2. nu. 17. Villalobos in summa tratado 11. difficultad. 4. nu. 1. Manuum impositio habet vicem materiae, & verba Accipite spiritum sanctum. &c. habent vicem formæ. Adde Concil. Trid. sess. 23. canone 4. de sacramento ordinis.

De officio presbyterorum Rabanus lib. 1. de 4 instit. clericorum, cap. 6. tria munera illis ad scribit; confidere Eucharistiam, baptizare, & predicare. Alcoinus lib. de divinis officijs cap. 35. §. presbyteri. & §. sacerdos; sacrificium offerre; cathechisare, & baptizare, & infirmos oleo sancto ungere, & predicare. In pontificali autem Romano, hæc quinque munera presbytero assignantur; Offerre, benedicere, praesse, predicare, & baptizare; quas particulas explicat eleganter Vasquez de sacramento ordinis, disp. 236. cap. 10. nu. 106. & seqq. ubi nu. 110. agit an hæc munera attento jure divino presbyteris convenient?

CAP. Ecclesiastica. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Bracharense tertium quando celebratum?
- 2 Sacerdos an possit sumere Eucharistiam sine stola?
- 3 Excommunicatio sumitur pro suspensione.
- 4 Doctor simul, & miles debet uti vestibus diversis.
- 5 Sacerdos an possit cantare Evangelium sine apparatu diaconali?

In superscriptione, ibi, In Cōcilio Bracharense 3. Fuit provinciale habitum anno 4. Vvambani Regis circa tempora Vitaliani Papæ refertur. 2. tom. Concil. fol. 888. cap. 1. nu. 3. de hoc nos plura in nostra historia Bracharense, dixi iam de illo nonnulla, in hist. Episcop. Portucal. p. 1. cap. 10.

In textu. Collige sacerdotē non debere sumere Eucharistiam sine stola, quando missæ sacrificium non facit, aliâs peccatum mortale contrahit; tradunt Azor. in summa

summa moralis, part. I. lib. 10. cap. 28. vers. Decimo secundo. Henr. in *summa lib. 8. cap. 44. §. 3. littera N.* qui textum citant. Quod tamen limitabis quando sacerdos ob infirmitatem sine stola communicat, ut post *Sylvestr. tradit Navarr. in manual. cap. 21. nu. 54.* Limitabis insuper nisi usu, & consuetudine noster textus fuerit abrogatus, ita *Azor. supra citato loco.*

3 In fine, ibi, Excommunicatio- ni subiaceat. Id est suspensioni ad tempus, pro arbitrio judicis, cū non determinetur tempus, quem senium credit ve- riorem *Bernardus in praxi cap. 38.* sequitur *Graf- fisi lib. 3. conf. 1. de jure patronatus, nu. 7.*

4 In Glossa, verbo, Cervicem. Commendat *Romanus sing. 361.* & singularem ad hoc, quod quando quis est simul doctor, & miles, si actus, quos exercet sint militares, debet uti vestibus militaribus; si autem sint do- ctores, doctoralibus uti debet, semota tamen consuetudine.

5 In eadem, ibi, Consuetudinē. Valet ergo consuetudo, ut sacerdos cantet Evā- geliū sine apparatu diaconali, ut ex hac Glossa concludit *Rockus in cap. Finali de consuetudine, sect. I. num. 28.*

C A P. Communis filius. X.

S V M M A R I V M.

- 1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Sacerdotes non possunt uti dalmaticis.*
- 3 *Dalmatica dicta est à Dalmatia.*
- 4 *Cause meri Imperij an possint delegari?*
- 5 *Propter infirmitatem, aut timorem quis excusat?*

1 N superscriptione, ibi, Grego- rius. Vide posita ad *cap. De Constantinopoli ana, supra, dist. 22.*

2 In textu. Collige ex textu, quod absq; Apostolicæ sedis licentia, nec Episcopis, nec diaconis uti licet dalmaticis, & est ratio quia dalmatica erat insigne diaconorū Romanæ Ecclesie, & interdum pro magno pri- vilegio concedi solitu alicuius nobilis Eccle- sia diaconis, tradit *Baron. tom. 8. annal. anno Christi 598. vers. Hoc regulariter, & anno 604. vers. Dal- maticam quidem, Rationale divinorum officiorum, lib. 3. cap. 11. ubi nu. 8. nostri textus meminit.* Durandus de ritibus Ecclesie, lib. 2. cap. 9. nu. 24. & seqq. & ibi, disputat, quis fuerit primus Pontifex, qui usum

dalmaticarum instituerit?

Cæterum dicta est dalmatica, à Dalmatica Græciæ provincia, in qua primum texta est. Isidorus lib. 19 Etymolog. cap. 22. Rabanus de institut. clericorum lib. 7. cap. 20. Hugo de sancto Victore de sa- cramentis, lib. 2. p. 4. cap. 13. Caius lext. antiqu. lib. 16. cap. 10. refert, Commodum dalmaticatum in publicum processisse; id est, Dalmatarum vele indutum. Quæ vestis multicoloribus filis distincta, erat habitus triumphantium. Cuius triumphi Dalmatici meminit *Horat. lib. 2. Carm. Od. 1. ad Asinium Polioneum.*

Cui laurus aeternos honores.

Dalmatice peperit triumpho.

Vsus autem dalmaticæ cœpit propter incōmodum colobij, quo antea veteres utebantur au- thore Alcuino cap. Quid significant vestimenta, & Du- rando, ubi supra, nu. 27; licet enim in Ecclesia (ut textus ait) absq; Papæ permisso dalmaticis nulli ueerentur. Hodie Episcopi omnes dalma- ticus sub casula utuntur, Durandus, ubi proximè nu. 25. in fine.

In vers. Sed quia hominum.

Per hunc textum dicit *Iason in l. 1. nu. 83. ff. officio eius, iudicem ordinarium posse causas meri Imperij delegare propter infirmitatem suam, aut suorum;* (contra quem videtur textus in *l. Finalis, Cod. Qui morbo se excusat lib. 9.*) quod limitabis, nisi ordinarius sit recusatus tanquam suspectus; & postea superveniat infirmitas; quia tunc non poterit delegare causas meri imperij, ut per eundem nu. 84. vel etiam si infirmitas esset modica; argumento textus in *l. Quæsum, in fin. ff. re judicata.*

3 In Glossa, verbo, Suorum infir- mitate. Igitur propter infirmitatem, aut ti- morem suorum, potest aliquis ex- cusari; Glossam dicunt omnes communiter re- ceptam in *cap. 2. de procurator.* ubi Panormit. nu. 1. *Iason. in l. 2. §. Si quis in iudicio, notab. 1. ff. Si quis cauit.* Plura etiam de infirmitate, vide per *Cassian. in consuetud. Burgund. in proœm. Glossa, verbo, Ma- ledic. à principio, fol. 37.* & notat *Tiraq. de paenit. temperandis, cap. 51. nu. 78.*

C A P. Diaconus. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Diaconus qualiter ordinetur?*
- 2 *Diaconi ministerium, & ethymologia.*
- 3 *Diaconatus an sit Sacramentum?*
- 4 *Quid de hoc sensitas Alphonsus Salme- ron?*

Agit textus qualiter ordinetur diaconus, de quo videndi sunt D. Thom. in 4. dist. 24. Opandus d. dist 24. proposit. 11. vers. Contra hanc, Vivaldus in Candelabro p. 1. tit. de Sacramento ordinis, nu. 28. Henrig. lib. 10. de ordinis Sacramento, cap. 8. nu. 1. & 2. & cap. 13. nu. 2. & 3. Egid. Bellan. de Sacramento Ord. disp. 20. dub. 7 nu. 68. Ex quibus collige, quod ordinatio diaconi necessario exprimi debet per traditionem libri Evangeliorum, simul cum impositione manus, quae significat gratiae plenitudinem; diacono insuper confertur novus character ab alijs separabilis. Soto dist. 24. q. 1. art. 4. & ibi, Ledesma q. 37. art. 2.

2 Diaconum Graeci appellant, quem latini ministrum, aut famulum vocant, ut recte notavit Michael de Medina. lib. 1. de continentia, cap. 13. & 25. Atque cap. 28. & seqq. enumerat octo munera, quae à diaconis exerceri possunt: ex quibus quinq̄ existimat convenire constitutione ecclesiastica, tria constitutione divina Vasquez autem est contra existimat, quinque jure devine institutionis convenire, tria solo jure ecclesiastico; de quibus vide sigillatum eundem Vasquez de ordinis Sacramento disp. 236. cap. 7. & 8. qui latissime differit de hac re. Petrum Greg. Tholos. in syntagma: p. 2. lib. 16. cap. 7.

3 Vtrū autem diaconatus sit verum Sacramentum? Affirmative resolvendum est. O. bogavia de Sacram. tract. de ordine q. 4. nu. 10. Quia diaconi in absentia Episcoporum possunt baptizare, Eucharistiam dare, reconciliare poenitentes publicos, praedicare, ac ferre omnia munera Episcoporum, & presbyterorum, in corum absentia, exercere. Ex quo sequitur, eos gratia Dei speciali indigere, comprobat multis Bellarmin. lib. 1. de Sacramento ordinis, cap. 6. qui multa ex Patribus tradit, & de clericis. lib. 1. cap. 13. vers. Sextus ordo, Iacob. de Graffis in aureis decis. p. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 7. & 17. qui nostri textus meininit.

4 Alphonsus Salmeron Actorum 6. nu. 6. pro viribus contendit fuisse ibi institutum diaconatus Sacramentum, quod minus bene dictum apparet: Nam cum hic ordo sit Sacramentum, ut manet resolutum, certum est à Christo ante eius Ascensionem fuisse institutum; cum nullius Sacramenti institutionem Christus Apostolis commiserit; tradit, & pungit Vasquez de ordinis Sacramento, disp. 236. cap. 4. nu. 45. & seqq. & disp. 238. cap. 2. Sed meo iudicio alia est mens Salmeronis nam ibi non vocat in questionem, an eo in loco fuerit Sacramentum diaconatus institutum, sed utrum eo loco septem illi viri fuerint Sacramento diaconatus ad ministerium altaris ordinati, an ad solum ministerium mensarum, sine Sacramento ordinis electi? In qua controversia eam partem sequutus fuit, ut illa diaconorum ordinatio fuerit Sacramentum, quo illi ad altaris ministerium eligerentur, in qua

faretur se Patribus Trullanis, & Chrysostomo adversari. Nam ipse Salmeron tom. 15. super epist. 2. Pauli ad Timotheum, disp. 12. aperte dicit, diaconatus ordinem esse Sacramentum. Nec obest, verbum, Institutum, quo utitur Actorum 6. §. Quod igitur; nam idem importat, quod collatum.

CAP. Præterea. XII.

S V M M A R I V M.

- 1 Nicolaus Pontifex primus quis fuerit?
- 2 Epistola Nicolai ad Radulphum.
- 3 Vnoctio sacerdotalis qualiter fiat?
- 4 In Papam an possit cadere oblivio?
- 5 Exempla possunt allegari.
- 6 Manus presbyteri consecrantur oleo, non chrismate.

IN superscriptione ibi, Nicolaus.

Fuit nomine primus, de quo vide posita ad cap. Imperium, dist. 10.

In eadem, ibi, Radulpho Archiepiscopo Bituriensi. Quandam epistolam Nicolai I. ad hunc Radulphum, vide per Baron. tom. 10. annal. anno Christi 866. nu. 67. usq; ad nu. 72. Fuit autem Radulphus Archiepiscopus Metropolitanus Beturigum, ut constat ex ipsius subscriptione in epistola Synodali, quam tradit Baronius d. tom. 10. anno Domini 869. nu. 31. & judex à Nicolao I. fuit constitutus in causa Welionis Senonis Archiepiscopi, ut per Baron. d. anno, num. 25. & 38.

Ad textum. Vide Henrig. in summa, lib. 10. de ordine, cap. 11. nu. 2. ubi agit de sacerdotij institutione, quae cum visibili unctione caput ab Aaron, Bellarmin. lib. 1. de Sacramento ordinis, cap. 12. quem omnino vide. Fit etiam mentio unctionis sacerdotalis apud Enseb. lib. 10. cap. 4. Gregor. lib. 4. in libro Regum. cap. 5.

Ibi, Nisi nos fallat oblivio.

Glossa ult. hic ex verbis textus arguit, quod in Papam potest cadere oblivio, & ita quod non habet omnia jura in scrinio peccoris; sed textus in presenti loquitur de obliuione exemplorum, non autem de obliuione juris; ut omnes eum interpretantur; facit I. Penyl. & ibi Glossa, verbo, Imperfectum, C. de his, quibus ut indigni, & vide Mantuanum Dialogo 67. vers. Quid tum, latissime Triquet. de nobilitate, cap. 31. nn. 537. qui textum citat.

Ibi,

5 Ibi, Ad Innocentij decreta.

Ergo in responsionibus potest allegari exemplum, & factum alienum. Imo dixit Philosophus in eth. nihil ad credendum faciliorem viam munire, & subternere, quam sit argumentatio ab alienis factis, exemplisq; deducta; et Seneca in proverbij: Ex vitio, inquit, alterius, sapiens emendat suum. Bonum est in malo alieno fugienda tueri. Aristoteles lib. 10. ethicorum. In actionibus, ait, humanis magis movent exempla, quam verba. Macrobius lib. 1. Saturnal. Plebeja ingemina magis exemplis, quam oratione sapiuntur. Ergo in responsionibus utilissimum est, ab alienis factis argumentationis telam extordiri. Exemplum enim taciti monitoris, & castigatoris vices agit. Si queras quisnam sit Innocentius hic relatus? Respondeo esse Innocentium nomine primum, quia ante tempus Nicolai I. nullus alias Innocentius Pontifex fuerat.

6 In Glossa 1. Dicit Glossa quod manus presbyteri consecratur oleo non vero chrismate, quo solum consecrantur Episcopi, de qua materia vide Henrig. lib. 10. de ordine, cap. 24. Azor. in summa tom. 2. lib. 3. cap. Terzo quartu[m].

CAP. Ex epistola. XIII.

S V M M A R I V M.

1 Huius capituli fuit author Palea.

2 Simplicius Pontifex quis fuerit?

Hoc caput est Palea, quod tamē in nullo manuscripto exemplari est inventum; in illo nihil Palea statuit; sed tantum refert, quae inferius sequuntur, & ideo nullus commentator, nec ulla Glossa textum attingunt; Tu vide posita ad cap. Sequens. Planè de Palea vide quæ scripsi na. 31. & seqq. in proœmio.

2 Ibi, Simplicij Papæ. Fuit patria Tiburtinus, patre Castino, creetur Pontifex anno Christi 467. Imperante Leone 2. & Zenone; ut quidem sanctissimus, Urbem Romanam presbyteris, in quinque regiones divisit; instituit ne clericus illas possessionem beneficij à laico recognosceret; quod postea cæteri Pontifices confirmarunt; ferunt ea tempestate Elisei ossa in Alexandriam translata esse, & corpus Barnabæ Apostoli cum Evangelio Mathæi, Barnabæ manuscripto repertum. Vide Platinam in eodem Pontifice, Panynum in Chronologia anno Christi 467. & seqq.

CAP. Quorundam. XIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Conciliū Toletanum perperam citatur.
- 2 Episcopus cæcus an possit ordinis ministrare?
- 3 Crimina an morte finiantur. & nu. seqq.
- 9 Batismus an fiat, si unus abluat, alter proferat verba.
- 10 Audiens missam dimidiam ab uno sacerdote, & aliam ab alio, an audiat integrum Missam.

In superscriptione, ibi, In Cōcilio Toletano. Plura fuerunt Cōcilia Toletana, sed superscriptio nostra non designat quo tempore, & quo ordine fuerit hoc Concilium celebratum; Cæterum ego omnia Concilia Toletana volvi, revolvi, at operam, & oleum perdidi; unde mihi non dubium est, Gratianum perperam Concilium Toletanum hic, citasse. In Cōcilio Aquisgranensi, cap. 2. omnes ordines, bac dist. contenti, referuntur, forsitan error sit ex typographia, & pro Aquisgranensi, Toletanum possum.

In textu. Collige ex textu, quod si Episcopus cæcus ordines ministraverit, ipso super ponente manus, non debet presbyter benedictionem legere, aliâs ordinator, & ordinatus ordinem amittit; de quo vide Soto in 4. dist. 4. quest. Vnica, art. 4. in fine, vers. Adducitur, qui nostrum textum citat, tenetq; Sacramentū ordinis validum fuisse, licet Glossa in præsenti, verbo, amittant, contrarium palam afferat, vide, quæ de Episcopo cæco disputat Sayras in Thesauro, lib. 6. cap. 8. nu. 5. 6. & 7. ubi de Roberto Episcopo Armaceno, de quo præter ibi citatos, memorat Nicolaus Orlandinus, in historia Societatis Iesu, lib. 3. nu. 61. ad finem, ubi testatur eum à puerō fuisse cæcum.

Ibi, Accusari non potest. Ergo criminis moritur, ut ex nostro textu deducit Hippolitus in l. Fin. nu. 40. ff. de questionibus. Dueñas regula 173. Gomez de delictis, cap. 1. nu. 28. Chir. in praxi, q. 51. vers. Viterius querit. Farinas: tom. 1. q. 10. nu. 36. & seqq. Medices in tractatu Mors omnia soluit, p. 2. nu. 5. & seqq. Cardim. Tuscan. tow. 5. conclus. 39f. Cum vero hæc materia sit gravis, pro maiori doctrina perspicuitate, sequentes proponuntur conclusiones.

Sit prima conclusio. Crimina morte delinquentium quæ cum poena extinguntur. 1. defuncto,

sunt, s. de public. judiciis, l. i. cum alijs & si Reus, vel accusator mori. fuerit. Roman. singulari 431. Decisio Pedemontana 149. & 152. ubi eleganter loquitur in materia. Mench. conrovers. illustr. cap. 96. nn. 7. & seqq. Bosisius in pract. tit. de accusat. nn. 34. & seqq. Clar. in pract. §. Fin. q. 51. nn. 12. & 16. Medices qui multa adducit, tractatu Mors omnia solvit, part. 2. conclus. 52. nn. 5. & conclus. 91. num. 265. Gomes de delictis, cap. 1. nn. 79. Menoch. conf. 99. nn. 150. lib. 1. Peregrinus de jure fisci, lib. 4. tit. 5. nn. 1. plures congerit. Farinac. q. 10. num. 39. quibus addo, Abulensem in 3. Reg. cap. 1. q. 28. Mandosium in addit. ad Report. Inquisit. verbo, defunctus, littera B. Pugniam ad Director. 3. part. comment. 92. vers. Quantum.

5 Secunda conclusio. In criminis hæresis etiam post mortem potest quis accusari, & puniri; cap. Si quis Episcopum, de hereticis, cap. Filij de hereticis, lib. 6. l. Manichaeos, C. de hereticis. Villadiego de hereticis, q. 22. à nn. 1. Gomes 3. tom. de delictis, cap. 1. nn. 80. Zanchinus de hereticis, cap. 24. nn. 1. & 4. ubi Campadius littera A. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 348. nn. 35. Mandos. ad Report. Inquisit. verbo, Defunctus, littera C. Pugniam ad Direct. 3. part. comment. 92. vers. In criminis. Peregrin. de jure fisci, lib. 4. tit. 5. nn. 29. post alios Farinac. dict. q. 10. nn. 37. Abulens. ubi proximè, quod verè procedit, quando constat defunctum fuisse hereticus, secus si tantummodo erat suspectus de hæresi. Notat Zanchinus dict. q. 24. nn. 2. per textum in cap. Accusatus, §. Si vero, vers. Porro de hereticis, lib. 6. Contra factores vero, & receptatores heretico-rum iam mortuos non potest accusatio refra-ri, d. vers. Porro, Villadiego d. q. 22. nn. 8.

6 Sed intra quod tempus post mortem defun-eti, poterit inquiri contra eum de criminis hæ-ressis? Communis opinio existimat, quod intra quinquennium Glossa recepta, in l. Manichaeos, C. de hereticis, Report. Inquisit. verbo. Defunctus, vers. Sed quæro, ubi Mandos. littera D. plures refert. Zan- chinus de heretic. d. cap. 24. nn. 5. & ibi Campadius littera B. Contrarium certius existimo, ex cap. 2. de prescript. lib. 6. Gomes de delictis, cap. 1. nn. 81. Pugniam ad Director. 3. p. comment. 92. vers. In qua difficultate, qui asserunt durare actionem ad effec-tum confiscandi bona per 40. annos, quoad effectum tamen damnandi memoriam; nullis temporum spatijs finiri.

7 Tertia conclusio. In criminis lese Majestatis, etiam post mortem procedi, & cognosci potest, ut convicto mortuo, memoria eius dam-netur, & eius bona successori eripiantur, l. Fin. C. ad l. Iul. Majestatis, l. Ex judiciorum, vers. Primo, ff. de accusat. Gygas. de criminis lese Majestatis, tit. Quodliter in criminis lese Majestatis procedatur, q. 20. lib. 1. & tit. De penit committ. lese Majestatis, q. 32. lib. 2. Clar. in pract. §. Lese Majestatis, vers. Item licet, nn. 16. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 248. nn. 35. Menoch. lib. 1. conf. 99. nn. 352. Peregrin. &

jure fisci, lib. 4. tit. 5. nn. 19. An autem hoc non solum procedat, quando crimen commissum est contra Reges, sed etiam quando committitur contra alios Principes inferiores, civitates, seu Republicas? Vide textum in l. Fin. ff. ad l. Iuli Majestatis, Grammatic. decis. 6. nn. 19. Peregrin. dict. tit. 5. à nn. 23. Farinac. latissime disputantem, q. 10. nn. 43.

Quarta conclusio. Quando reus delinqües moritur post sententiam contra eum latam, quæ transivit in rem judicatam, tunc poena confi-lationis bonorum, & quælibet pecuniaria, tran-sit ad heredes, & morte defuncti non extingui-tur. l. Ex judiciorum, & ibi Bart. nn. 2. & D.D. ff. de accusat. Bosisius tit. Quomodo procedatur per actionem in delictis, nn. 30. Gomes de delictis, cap. 1. num. 82. Peregrin. de jure fisci, lib. 4. tit. 5. nn. 38. vers. Ne- rum Glossa opinio. Optimè Farinac. d. q. 10. nn. 45. Vtrum conclusio procedat quando reus mori-tur post item contestatam? Vide latissime eundem Farinac. à nn. 50. Alias, non inutiles limi-tationes ad primam conclusionem, tradit idem Farinac. à nn. 56. usq; ad nn. 83. quem consule.

In Glossa, verbo, Imposuisse, ibi, De Sacramento baptismi. Notat Henri-

quez, post alios, in summa, lib. 1. cap. 27. §. 2. littera K. ad hoc, quod non sit Sacramentum baptis-mi, si unus abluat qui mutus est, alter proferat verba formæ, qui truncatus est manibus. Quem casum aperte exprimit Toletus lib. 2. instruct. sa-cerd. cap. 20. Marsilius in 4. q. 4. art. 4. dub. 11. Ca-rietan. in 3. p. q. 67. art. 6. Qui duo auctores affir-mant, in casu necessitatis, valere illum baptis-mum à muto, & brachijs carente, suscep-tum. Contraria tamen opinio est Theologorum cō-munis cum D. Thom. in 3. part. q. 67. art. 6. Egi-dio Bellan. ibidem, dub. 1. Suar. Vasq. & Valen-tia, codem loco.

In eadem, ibi, Ut est missa. Tenet Glossa, quod si quis audiat missam dimidi-iam ab uno sacerdote, & postea aliam medie-tatem ab alio sacerdote, integrum audire mis-sam, quia duo imperfecta faciunt unum perte-ctum. Sequitur Suar. 1. tom. de Sacramentis, dispu-t. 88. sect. 2. art. 6. vers. Sed tunc, ad fin. Sotus in 4. distinct. 13. q. 2. art. 1. col. 16. Navarr. in Manual. cap. 21. nn. 2. & in cap. Quando, de consecratione, dist. 2. notab. 10. nn. 18. & sequentibus, dicit etiam receptam Ferdinand. Paes in cap. Missas, nn. 73. lib. octauii. 74. diversam sequatur opinionem.

CAP. Subdiaconus. XV.

SUMMARY.

- 1 Concil. Carthaginense quādo celebratū?
- 2 Subdiaconus qualiter ordinetur? & de eius officio. nū. 3.
- 3 Et an sit Sacramentum?
- 4 Subdiaconus non accipit manus impositionem.
- 5 Ordinatus an tangat instrumentum ab Episcopo porrectum?

IN superscriptione, ibi, Concilium Carthaginense 4. Vide posita ad cap.

Episcopus, supra, & ad cap. Non oportet, infra, hac eadem dist. Namque noster textus, & qui sequuntur, omnes sunt transcripti ex eodem Concilio Carthaginensi.

In textu. Agit textus qualiter subdiaconus ordinetur, de quo vide *Sylvest.* verbo, *Ordo* 2. §. 11. *Tabien.* cod. verbo, §. 5. *Henriq.* in summ. lib. 1. cap. 8. §. 3. Ex quibus resolve, quod subdiaconus iniciatur per traditionem vacui laicis, simul cum patena; non oportet tamen vas esse consecratum, ut defendit idem *Henriq.* d. §. 3. & cap. 5. §. 2. littera F. *Ordo* autem subdiaconatus Sacramentum est, *Bellar.* de *Sacram. ordinis*, lib. 1. cap. 7. Nostri præterea textus meminit *Ludovicus de Beja* in responsionibus casuum conscientia, part. 4. casu. 15. ubi notat, non solum ad maiores ordines, sed etiam ad minores requiri, ut visibilia instrumenta manus tangantur, qualis est in subdiaconatu calix cum patena. Vide *Egidium* disp. 20. dub. 7. nū. 69. *Vasq.* disp. 238. cap. 5. nū. 51. Attamen *Viguerius* in summa, inst. Theolog. cap. 16. §. 6. vers. 1. & 2. existimat materiam in ordinatione subdiaconi, esse traditionem libri epistolarū. Cuius auctoris sententiam egregie confutat *Egid.* citatus.

Subdiacono in Pontificali Romano hæc munera assignantur, aquam ad ministerium altaris preparare; diacono ministrire; pallas altaris, & corporalia ablucere; calicem, & patenam in usu sacrificij eidem offerre; oblationes populi suscipere, & supra altare ponere; licet *Raban.* lib. 1. de instit. cleric. cap. 8. *Alcuin.* lib. de divinis officijs, cap. 35. tria tantum officia subdiacono assignent. Porro idem *Raban.* & *Hugo de Sancto Victore*, lib. 2. de *Sacram.* p. 3. cap. 10. autumant hunc ordinem in Ecclesia, & novo testamento respondere Nazaræis, qui in templo humiliter serviebant; quam sententiam difficilem putat *Vasq.* de *Sacram. ordinis*, disp. 236. cap. 3. nū. 35. quem latè vide, & *Petrum Greg.* Syntagmat. p. 2. lib. 16. cap. 7. à n. 2.

Probabile valde est, quod subdiaconatus sit 4 Sacramentum, *Ochogavia de Sacram.* tract. de ordine, q. 4. nū. 11. Quanvis enim scriptura nullam eius faciat mentionem, quia ob paucitatem fidelium diaconi implebant ipsorum officium, sententia tamen cōmuniſ p traditionem accepta, docet esse Sacramentum. Innuit Concil. Trid. ses. 23. Canon. 6. quo definitur hierarchiam in Ecclesia, divina ordinatione institutam, constare ex episcopis, presbyteris, & ministris. Hos enim ministros, ut minimum, intelligere videntur diaconos, & subdiaconos; ita ex scholæ consensu probat *Vasq.* disp. 238. cap. 2. à nū. 13. *Sylvius* in supplementum ad 3. part. D. Thom. q. 37. art. 2. conclus. 3. vide posita ad principium dist. 21. nū. 2. & adde *Egid. Bellan.* de *Sacram. ordinis*, disp. 20. dub. 6. ubi citat *Navarr. Michaelem Medin.* & *Sot.*

Ibi, Manus impositionem. Notat *Henriq.* 5 in summ. lib. 10. cap. 8. §. 2. littera K. ad hoc, quod subdiaconus non accipit impositionem manus; quam opinionem dicit esse cōmuniſ Canonistarum, & Theologorum. Quanvis *Glos.* in cap. *Pastoralis de Sacramentis* non iterandis, notum textum intelligat de impositione manuum consecratoria, quam fatetur non accipere subdiaconos; non vero de impositione manuum, quæ est sola benedictio, hanc enim omnes admittunt in subdiaconis.

Ibi, De manu Episcopi. Ergo de 6 essentia Sacramenti requiritur, quod ordinatus tangat instrumentum sibi porrectum ab Episcopo, tradunt D. Thom. in 4. dist. 2. q. 1. art. 1. in fin. *Sylvest.* verbo, *Ordo* 2. q. 5. vers. Tertiò. S. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 16. §. 4. alij, quos refert *Viyald.* in *Candelab.* p. 1. de *Sacram. ordinis*, nū. 21. *Navarr.* in *Manual.* cap. 22. nū. 17. Contrarium tamen docuerunt *Catet.* in summ. verbo, *Ordinantum. Victor.* in summ. nū. 230. *Armilli.* verbo, *Ordo*, nū. 4. *Ledesm.* in 4. q. 36. art. 5. §. Alia diff. ultas, vers. *Vnde.* Ego primam opinionem probabiliorem existimo, ut loquar cū *Sot.* in 4. dist. 24. q. 1. art. 3. vers. *Vnum* autem.

CAP. Acolythus. XVI.

SUMMARY.

- 1 Acolythus qualiter ordinetur?
- 2 Patres Acolythorum meminero.
- 3 Acolythus ab Archidiacono instruitur.
- 4 Officium Acolythi quale sit?

In textu. Agit textus qualiter Acolythus ordinetur, de quo vide D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. vers. *Acolythorum ordo. Viwaldum in Candelabro p. 1. de Sacramento ordinis.*

nn. 15. Henr. in summa lib. 10. cap. 9. §. 1. *Le-desma* 2. 4. q. 36. Ex quibus resolve acolythum per traditionem candelabri cum cereo prius fieri ceroferarium, & fortasse accipere characterem imperfectum, perfectus tamen fit illius character in traditione vrceoli vacui.

2 Ibi, Acolythus. *Cornelius Papa apud Euseb. hist. lib. 6. cap. 33.* scribens ad *Fabium Episcopum Antiochenum*, ait in Romana Ecclesia ordinari solitos quadraginta duos acolythos. *Cyprianus* itidem de acolytho meminit, epist. 55. vide etiam *Baron. tom. I. annal. anno Christi* 44. nn. 80. Adde *Concil. Trid. sess. 23. cap. 2.* post med. & multa de acolythorum, seu acoluthorum ethymologia tradit *Vasq. de ordine*, disp. 236. nn. 27.

3 Ibi, Ab Archidiacono accipiat. Debet autem acolythus ab Archidiacono instrui qualiter in officio suo se habere debeat, & tunc ab eo accipere ceroferarium, id est candelabrum cum cereo, ut sciat se ad accendenda lumina Ecclesiæ dum *Evangelium* legitur, mancipari, notat ex nostro textu *Trocius de vero clero*, lib. 1. cap. 19. nn. 10. ad med.

4 Ibi, Ut sciat. Agit textus de officio acolythi, quod est accendere luminaria, & accipere urceolum ad suggestendum vinum in calicem; de quo vide *D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 6. Trotium de vero clero*, lib. 1. cap. 19. nn. 10. in principio. *Graffijis in aureis decisionibus*, 2. p. lib. 1. cap. 9. nn. 6. *Bellarmino de clericis*, cap. 13. vers. *Quartus ordo*. *Durand. de ritibus Ecclesiæ*, lib. 2. cap. 23. nn. 8. qui multa ex Patribus congerit. *Greg. Lopez part. I. tit. 6. l. 11. in princip. Vasq. d. disp. 236. nn. 28. & 29. Petrus Greg. in Syntagma juris*, p. 2. lib. 16. cap. 6.

CAP. Exorcista. XVII.

S V M M A R I V M .

- 1 Exorcista qualiter ordinetur?
- 2 Patres antiqui de exorcistis agunt.
- 3 Officium exorcistæ quale sit?
- 4 Primus qui docuit exorcismos.
- 5 Energumeni qui dicantur?

1 N textu. Agit textus qualiter exorcista ordinetur, de quo vide *D. Th. in 4. dist. 24. q. 2. art. 2. & 3. Vivald. in Candelabro*, 1. p. de Sacram. ordinis, nn. 12. & 13. *Graffijis in aureis decisionibus*, p. 2. lib. 1. cap. 9. nn. 6: & 18. *Bellarmino de clericis*, lib. 1. cap. 13. vers. *Tertius ordo*, post alios *Henr. in summa*, lib. 10. cap. 9. §. 2.

Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 6. nn. 4. Ex quibus collige exorcistam ordinari per traditionem exorcismorum.

Ibi, Exorcista. De hoc peculiari munere ordinis agunt *Ignatius Apostolorum discipulus*, epist. 12. ad *Antiochenum Cornelius Papa* scribens ad *Fabium*, apud *Euseb. hist. lib. 6. cap. 35. Hieron. in epist. ad Titum*, cap. 3. plura Concilia de quibus meininerunt *Baron. tom. I. annal. anno Christi* 56. nn. 6. *Bellarmino de clericis*, lib. 1. cap. 13. vers. *Fuisse*. Adde *Concil. Trid. sess. 23. cap. 2.* post med. *Vasq. disp. 236. cap. 2. & seqq. Egid. Bellan. disp. 20. dub. 3. nn. 18.* ubi affirmat præcipuum exorcistarum munus esse dæmones ab obsessis corporibus abijcere, & turbulentos spiritus p exorcismos fugare. Quam in dæmones virtutem expressit *Tertullian. in apologet.* cap. 32. & *D. August. lib. 10. de civit.* cap. 22. eandem cecinit *Prudentius in Apoth.*

*Torquetur Apollo
Numine percussus Christi, nec fulmina verbi,
Ferre potest.*

Ibi, Imponendi manus. Hoc est officium exorcistarum, exorcismos memoria tenere, & manus super cathecumenos, & energumenos ponere, de quo sunt videndi *Alciatus lib. 8. Parerg. cap. 23. Rationale divinorum officiorum*, lib. 2. cap. 6. nn. 1. & 2. *Henr. d. lib. 10. cap. 9. §. 2. Baron. d. tom. I. anno Christi* 56. nn. 7. latè *Vasquez de ordine*, disp. 236. nn. 23. vers. *Tertius*, & nn. 24. *Petrus Greg. Syntagma juris*, p. 2. lib. 16. cap. 5. per totum, circa hunc ordinem notat *Alcuinus lib. de divinis officijs*, cap. 35. non posse officium cuius exerceretur nisi ab eo, qui hoc ordine est insignitus.

Qui primus docuit exorcismos apud Hebreos, Salomonem fuisse, *Iosephus* affirmat, de antiquit. lib. 8. cap. 2. & lib. 4. cap. 14. qui hac de re mira quædam scriptis mandavit; vide *Baron. d. anno 55. Rationale divinorum officiorum*, d. cap. 6. nn. 4. *Vasq. d. disp. 236. nn. 25. ad fin.* & nn. 26. in principio. Plane de his exorcismis loquitur *Vopianus in l. 1. ff. de varijs, & extraord. cog. meminit* *Baron. ubi proximè, nn. 1. de cuius intellectu vir debis Alciatum lib. 8. Parergon. cap. 23. in principio.*

In Glossa Vnica. Laborat *Glossa in explicando*, qui energumeni dicantur; de quo vide *Rationale divinorum officiorum*, d. cap. 23. vers. *Qui autem, Pelagium de planctu Ecclesiæ*, lib. 1. art. 48. §. *De integraritatibus homicidijs*, col. 11. fol. 28. Tu breviter dices, esse à dæmons possellos, cum *Petro Gregor.* ubi proximè, nn. 1. & cum *Calio lect. antiqu. lib. 2. cap. 13.* ducta origine à verbo Græco, quod significat detineri, atq; impediri, quasi energumeni sint à dæmons impediti. Nec minus docte observat idem auctor, aliquando lunaticos dici energumenos, velut in eos agat luna,

CAP. Lector. XVIII.

SUMMARY.

1. Lector qualiter ordinetur?
2. Doctores antiqui lectoris meminere.
3. Officium lectoris quale sit?

IN textu. Agit textus qualiter ordinetur, de quo vide Trotium de vetero clero, cap. 19. nu. 6. & 7. D. Thom. in 4. dist. 24. art. 1. in fine, ubi textus refert. Graffij in aureis decisionibus, p. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 6. post principium, & nu. 18. in fine. Bellarm. de clericis, lib. 1. cap. 13. vers. Secundus ordo. Henrig. in summ. lib. 10. cap. 9. §. 2. Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 5. nu. 4. Consecratur vero lector in traditione libri prophetiarum.

Ibi, Lector. Meminere nominis lectoris Cornelius Papa, scribens ad Fabium Antiochenum, apud Eusebium hist. lib. 6. cap. 35. refert Baron. tom. 1. annal. anno Christi 56. nu. 6. Alcuinus de divinis officijs, cap. De tonsura clericorum, vers. Lector. Noviter Concil. Trid. seß. 23. cap. 20. post med. Raban. lib. de instit. clericor. cap. 11. Hugo de Sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, p. 3. cap. 7.

Ibi, Esto Relator Dei. Pertinet enim ad officium lectoris, prophetias legere, ad hoc enim ordinatur, ut libros Dei distincte, & aperte ad intelligendum legat; ad eum quoque pertinet panem, & omnes novos fructus benedicere. Vide Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 5. nu. 2. & 3. Alcuin. & Henrig. ubi proximè, Greg. Lopez part. 1. tit. 6. l. 11. in principio; latè, & eleganter Vasq. de ordine, disp. 236. cap. 2. nu. 16. & seqq. Petrum Greg. Syntagmat. juris, p. 2. lib. 16. cap. 4.

CAP. Ostiarius. XIX.

SUMMARY.

1. Ostiarius qualiter ordinetur?
2. De ostiarijs P. P. meminere.
3. Officium ostiarij quale sit?

IN textu. Constituit textus qualiter ostiarius ordinetur, de quo sunt videndi D. Thom. in 4. dist. 24. art. 1. post med. vers. Ad secundum. Graffij in aureis decisionibus, p. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 6. in principio, & nu. 16. post principium. Bellarm. lib. 1. de clericis, cap. 13. vers. Primus, post alios Henrig. in summa,

lib. 10. cap. 9. §. 2. Datur autem ostiario character in traditione clavum. Adde Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 4. nu. 4.

Ibi, Ostiarius. Cuius meminit Corne-
lius Papa, scribens ad Fabium Antiochenum, apud Euseb. hist. lib. 6. cap. 35. Alcuin. de divinis officijs, cap. De tonsura clericorum. vers. Ostiarius. Noviter Concil. Trid. seß. 23. cap. 2. & 17. meminit etiam Rex Alphonsus Nonus in legibus patitarum, p. 1. tit. 6. l. 11. Raban. lib. 1. de instit. clericorum, cap. 12. Hugo de Sancto Victore, lib. 2. de Sacramentis, p. 3. cap. 6. Petrus Greg. in Syntagmat. juris, p. 2. lib. 16. cap. 3.

Ibi, Quasi redditurus. Est officium ostiarij claudere, & aperire ianuas Ecclesiae, indignos excludere à missa, dignos admittere ad communionem. Ostiarius in veteri lege 1. Paralip. cap. 9. nu. 22. & 3. Esdra cap. 1. nu. 16. & cap. 5. nu. 29. & cap. 7. nu. 9. stabat ad ianuam templi, & custodiebat ne immundus aliquis ingredieretur Ecclesiastiam. Tradunt Gregor. Lopez d. l. 11. in princip. Rationale divinorum officiorum, d. cap. 4. nu. 2. post Chrysost. & alios Patres, Henrig. d. §. 2. littera L. & optimè Vasq. de ordine, disp. 236. cap. 2. nu. 17. & 18.

CAP. Psalmista. XX.

SUMMARY.

1. Psalmista qualiter ordinetur?
2. Psalmista meminere Patres.
3. Officium Psalmista quale sit?
4. Psalmistatus an sit ordo?
5. Opinio Authoris.
6. Psalmistatus, & quatuor minores ordines an sint Sacra menta?
7. Vtrum feminæ sint capaces ordinatio nis ecclesiasticae?

Disponit textus qualiter psalmista ordinetur, de quo sunt videndi Albetanus in summ. p. 1. cap. 46. nu. 2. Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 3. nu. 2. D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. vers. Ulterius, & seqq. post alios Henrig. in summa, lib. 10. §. 3. & 4. Ex quibus resolve psalmistatum, seu primam tonsuram, conferri in absessione capillorum.

Ibi, Psalmista. De cuius nomine minorunt Leo Nonus, Sylvester Pontifex in Concilio Romano, cap. 7. Concil. Carthag. cap. 2. refert Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. nu. 80. Isidor. lib. 2. de divinis officijs, cap. 12. Alphonsus Rex part. 1. tit. 6. l. 11. in fine, & ibi Greg. Lopez, & de prima tonsura agit Concil. Trid.

ses. 23. de reformat. cap. 4. Videbis etiam Petrum Greg. in Syntagmati juris, p. 2. lib. 16. cap. 4. nu. 8. Thomam Vallasc. allegat. 3. à n. 5.

Ibi, Officium cantandi. Hoc est officiū psalmistæ canere in choro, atq; benedictiones dicere; constat tamen hoc ministerium non patinere per se ad ordinem aliquem, cū hoc munus cantandi divinum officium, licet ad totam plebem fidelium non pertineat, nihilominus non est ita proprium clericorum, ut illi soli ad illud assumantur. *Baron. supra citato loco, latè Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. de horis canonicas, cap. 9. nu. 14. & seqq. Vasq. de ordine, disp. 236. cap. 1. n. 5. qui nonnisi ab Episcopo posse olim quem eligi, & ordinari tradit; disp. 237. cap. 2. n. 17.*

Ibi, Dicente presbytero. Ergo psalmistatus, seu prima tonsura, non est ordo, sed passiva dispositio ad ordines, nec in illa imprimitur character: nonnunquam enim simplex sacerdos ex officio contulit primam tonsuram, & ita est communis opinio theologorū cum Magistro, dist. 24. quos refert Henrīq. d. lib. 10. cap. 9. §. 3. littera Q. *Suar. d. tom. 2. de relig. lib. 4. de horis canonicas, cap. 9. nu. 15. Vasq. de ordine, disp. 236. cap. 1. nu. 3. qui plures congerit affirmantes ordines esse septem. Contrarium tamen tenent communiter Canonistæ in cap. Cum contingat, de etate, & qualitate. Coyar. 1. variar. cap. 10. nu. 10. & practic. cap. 31. n. 5. in fin. Nauar. cons. LIE de temporibus ordinationum, nu. 3. edit. 2. pro quibus est Glossa communiter secuta, in proœm. lib. 6. verbo, Episcopus.*

Sed quidquid sit de opinione, de qua vide etiam posita ad cap. 1. nu. 1. infra, dist. 25. non potest meo iudicio textus noster ad illam quæstionem adduci, cum tantum agat de psalmista; quod nomen est æquivocum, & interdum accipititur pro cantore; explicat eleganter Rationale divinorum officiorum, lib. 2. cap. 3. nu. 1. & 3. & confirmatur ex cap. 1. de celebr. miss. ubi monentur rurales presbyteri, ut faciant horas canonicas expleri per scholares, qui scholares videntur esse filii fidelium, qui in Ecclesia docentur, sentit Shar. d. nu. 25. ad fin.

Questio est non una manu capienda, an psalmistatus, & quatuor minores ordines (de quibus supra) sint Sacra menta? Prima est sententia, omnia à Christo Domino instituta, ac proinde esse Sacra menta: tenent communiter Canonistæ in cap. Cum contingat de etate, & qualit. Angel. verbo, Ordo 1. n. 1. & 2. Secunda sententia ait, non quidam primam tonsuram, sed quatuor minores ordines esse Sacra menta. D. Thom. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. q. 3. & ibidem Scotus. q. Vnic. §. De tertio, in fine. Reginald. tom. 2. fori penitentialis, lib. 3. cap. 1. Egid. de Sacram. disp. 20. dub. 6. Ochogavia de Sacram. tract. de Sacramento ordinis, q. 3. nu. 3. Tertia est opinio, nec primam tonsuram, nec

quatuor minores ordines esse Sacra menta; quam tenet Magister in 4. dist. 24. cap. Septimus ordo; ubi Durand. q. 2. Nauar. in summ. cap. 22. n. 18. §. Quare probabilis post alios Vasq. de ordine, disput. 237. cap. 2. nu. 10. & seqq. quem latissime vide. Secunda opinio mihi est probabilior. Vide cap. Illud, infra, dist. 77. nu. 1.

Notabis fœminas non esse capaces Sacramenti ordinis, quæ conclusio videtur de fide, & probatur ex perpetua traditione Ecclesiae, quæ nūquam aliquam fœminam novit ordinatam. D. Thom. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. q. 1. Sylvest. verbo, Ordo 4. q. 1. sequitur alios Ochogavia de Sacram. tract. de ordine. q. 8. n. 4. quem latè videbis Campanile diversorum juris canonici, Rubrica 11. cap. 2. licet Cataphrygæ hæretici mulieres ad Sacramentum ordinis admittendas esse crediderint.

C A P. Prohibete. XXI.

S V M M A R I V M.

1. *Anicetus Pontifex quis fuerit?*
2. *Clerici non debent comam nutrire.*
3. *Super caput in modum sphære debent radere.*
4. *Etiam in secularibus ignominia est comam nutrire. & nu. 5.*

IN superscriptione, ibi, Anicetus. Qui fuit natione Syrus, patre Ioanne Murco, vel ut alijs placet, Humisia, creatur Pontifex anno Christi 168. imperante Marco Aurelio; instituit ne Episcopus consecrari posset à paucioribus, quam à tribus eiusdem ordinis viris, quod postea Nicœna Synodus confirmavit. Vbi vero Metropolitanus consecratus est; omnes provinciales interesse debet; statuit preterea ne Episcopus crimen Metropolitanus sui ad alium, quam ad primatum, aut Apostolicam Sedem deferret. Vide Platinam in eodem Aniceto. Baron. 2. tom. annal. anno Christi 168. & seqq. & 175. n. 3. qui uterque meminere huius decreti, ne clericus comam nutriat. Martyrio coronatur Anicetus, anno Christi 175. die 17. Aprilis, eius tempore Montanus multas hæreses in Ecclesia suscitavit, de quibus vide d. tom. anno Christi 173. à nu. 1. & seqq.

In textu. Collige ex textu, non debere clericos comam nutrire, de quo sunt videndi Bernard. in pract. cap. 76. per totum, ubi Salzed. Duaren. lib. 1. de sacris Ecclesiæ minist. cap. 14. vers. Specialiter. Ovand. in 4. dist. 24. preposit. 8. post med. Victoria de Sacramento ordinis, nu. 240. Pellagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ, art. 14. vers. Ad evidemnum. Idemque decretum habetur

Secundus cap. Siquis. cap. Clericus. & cap. Clerici de vita, & honeste. cler. ubi clerici comā relaxare prohibentur; ac si ab statu sacerdotali multum abhorreat, sitque ab honesta clericorum religione alienum, aliquid in nutriendo capillitio sollicitudinis, curęque imponere.

3 Ibi, In modum sphæræ. Præcipit
ut clerici super caput in modū sphæræ radat, notat Paulus Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 20. num. 13. in fine. Menoch. de arbitrar. casu 392. numer. 26. & seqq. qui ait legendum esse sphæræ, non autē speræ, ut erat in vulgatis Codicibus. Sed non præter vollemus huius rei mysterium, neq; illud arcanum indictum, aut insalutatū prætermittamus. Quid sibi volunt sacerdotū capitibus imminentes Sphærulæ? Quid significat clericorū caput in medio rasum, & in extremitatibus capillatum? Ingeniosum eruo responsum ex Cælio leet. antiq. lib. 18. cap. 38. Capitis, inquit, corona ex Romane Ecclesiæ institutione regnum præfert, quod in Christo expectatur; capillorum vero decussio temporalium indicat bonorum depositionem. Quasi diceret, sciant sacerdotes se in capitibz sphæra regni coronam, & globosam totius orbis figuram gestare, quā sibi ex divina promissione, constitutam agnoscant, si suis plenè muneribus satisfaciant, & divinæ legis observantiam ad amissim colant. Et quemadmodum olim sponsi ad nuptias coronati ducebantur, in coniugalis castitatis argumentū; ita sacerdotes novi Ecclesiæ sponsi coronantur, ut ipsi Ecclesiæ datam castitatis fidem observent. D. Chrysost. homil. 9. in 1. Timo. 3. Idcirco corona imponuntur capiti, ut victoria sint signa, quod libidini sunt impenerabiles. De quo victoriæ symbolo in coronis expresso, vide docte Ioannem de Carthagena, lib. 10. homil. 14. D. Isidor. lib. 2. de offic. Eccles. cap. 4. Bedam lib. 5. de gest. Angl. cap. 22.

4 In Glossa, verbo, Ignominia est.
Affirmat Glossa ignominia esse comas nutrire. Sed proh dolor, sinistro, & in peius vergente Lusitanæ fato, haec in tempora adeo calamitosa incidimus ut passim in foro, in compitis, in plateis, hanc comarum luxuriem in adolescentibus, in juvenibus, in viris, & (quod fædus, ac turpis est) in ipsis senibus iam edentibus offendamus. Illos quippè dedecet et nomen, & robur virile, quos hec effeminatae virtutis signa turpiter dehonestant. Quare audacissimus Turnus cum suam ipsem hastam ministrabundus alloqueretur, seque ad extremam Aeneę perniciē provocaret, eūdem Aeneā ideo solum appellavit semivirum, quod cincinnatus, calamistratusque incederet. Aeneid. 12.

Da stertere corporis.

Semiviri Pbyrgis, & fadare in pulvere crines

Vibratos calido ferio, myrrhaque madentes,

Non planè virum, sed semivirum dixit; mollemq; ignavum, & prorsus muliebrem arguit ex capillis. Et Claudianus, postquam mollissimā Eutropij inertiam gravissime increpavit, illi que veneri, ac vino deditum, inter comatos famulos incidentem induxit; eundem multibz penso, coloque tractando, quā bello dixit ap̄tiorem. Ita ille in bello Gildon,

Crinitos inter famulos, pubemque canoram.

Et mox à crinitis famulis deducens argumentum in eundem Eutropium sic invicitur.

Quid te turpissime bellis

Inseris? aut fævis pertentias Pallada campis?

Tu potes alterius studijs harere Minervæ,

Tu telas, non tela pati; tu staminæ nosce.

Quid Martię virtutis homini crinito, ac cincinnato inesse potest? Nam hastam intorti, cōpti pexi, nodati, & calamistrati crines intorquentur? Hæc manus fuso, quā clypeo: colo, quam gladio: telæ, ac pectini, quā telo, & cuspidi aptior est. Huius abicitissimæ farinæ homines, Ovidius detestabatur, ep̄stola q. Phæd. Hippol.

Sint procul à nobis iuvenes, ut fæmina compti,

Fine coli modico forma vitilis amat.

Annus est, dum ad speculum comuntur, & ornantur fœminæ, inquit Plautus; alios enim crines eradicant, pectunt alios, alios mittunt in calienda, hos annullatim crispant, illos multo unguento, myrraque humectant. Imò potius Tertul. lib. 2. ad uxorem, hanc in tractandis crinibus mollitiem non solū in viris, sed etiam in mulieribus damnat. Quid, inquit, crinibus vestris quiescere non licet, modo substrictis, modo relaxatis, modo suscitatis, modo elisis? Si igitur fœminis turpe, & indecorum arguit Tertullianus, si inordinatam in tractanda cæsarie lasciviam amplectantur, qua turpitudo, & ignominia nota inurentur viri illi, qui nutritiendis intendunt comis? Quas enim vires hec capillorum mollities, & luxuries non effeminabit? Horatium audiamus fæmineam Paridis ignaviam ex pœxa, & prolixa cæsarie increpantem, lib. 1. Carm. Od. 15.

Nequicquam Veneris præsidio ferox,

Pectes cæsariem, grataque fœminis,

Imbelli cithara carmina dividet.

Quo loco Lambinus, & alij cōmentatores veluti per consequentiam deducunt, molles capillos esse luxuriæ nutrimentum, & infandæ Veneris pabulum, Cōcinit D. Hieron. tom. 5. in Ezechiel, cap. 44. Nec rursus comam demittere, quod proprium luxuriosorum est. Nam luxuriæ notam ne homines incurarent, non minus prudenter, quam diligentè cavit Concilium Illiberitanum cum sub gravi pena fœminis prohibuit, ne insufo famulatu, vel clientela comatos admittent ministros. Prohibendum (inquit Can. 67. tom. 1. Concil. part. 1.) ne qua fidelis, vel cathecumenæ, aut comatos, aut viros cinerarios habeat, quemcumq; hoc fecerint à communione arceantur.

SEt quidem nescio quid portentosum, imò quid vitiolum præ se ferant criniti adolescentes; omnes enim qui illos offendimus crinitos, mox illorum vitam flagitiosam, obscenam & iudicamus. Et quemadmodū teste Dionysio Areopag. lib. de eccles. Hierar. cap. 6. Tonsura crinum vitam mundissimam induat; ita eorundem crinum compta prolixitas vitam indicat immundissimam, & sentinam omnibus vitiorum fæcibus refertissimam. Quod sanè vitium Tullius, suo inimico obiectabat, in orat. post redit. in senat. Cur. inquit, in belluationibus huius calamistrati saltatoris, tam eximia virtus tandem cessavit? Idem Orat. pro Sestio. Alter unguem is affluens, calamistrata coma, despiciens conscos stuporum, ac veteres vexatos etatula sua, & iterum in Pilonem: Erans illi compiti capilli, & madentes cincinnorum fimbria. Vbi post enumerata Pilonis flagitia, postquam illum helluonem, & ganconem dixit, ac vinosum, turpiq; impudicitiae labe inquinatum illud addit omnium flagitorum maximum, quod scilicet commendis, ornandisq; capillis plus nimio invigilaret. Neq; immerito Iuvenalis Satyra 11. dum male moratum pingit adolescentem, cum partim tonsis, partim dexit, erectisq; capillis inducit in convivia.

Tonsi erecti q; capilli.

Atq; hodie tantum propter convivia pexi. Vnde D. Paulus, scripsit, 1. ad Corinth. cap. 11. Vir si comam nuriat ignominia est. ubi Guterrius Trejo Ordinis S. Dominici, nonnulla acutè adducit, & Alvaras Gomes in sua musa Paulina, quam Clementi septimo dicavit, eleganter vertit.

Horresco aspiciens homines, ut monstra comatos.

Et simul abrasas in muliere comas. Et sanè adeo est ignominiosum, & contumeliosum viro capillos comere, ut id magis servos deceat, quam ingenuos, ancillas potius, & mācipia, quam homines liberos. Hinc Ovid. 2. Amor. eleg. 8. Cypassim Corinnæ ancillam laudat.

Comendis in mille modis perfecta capillis. Et Martialis, solos homines Aethyopes, & ad servitutem natos nodatis, & cincinnatis crinibus induxit lib. 2. epigram. 3.

Crinibus in nodum tortis venere Sicambræ.

Etq; aliter tortis crinibus Aethyopes. Pudeat igitur liberos homines illam amplecti cincinnorum consuetudinem, quæ solis servis stigmatitijs, & vilissimis mācipijs frequens est. Quid iugur (ait Seneca epist. 125.) capillum ingenti diligentia comis? Quid abiectissimæ servitutis signa amplecteris, qui liber es? Quid dico servitutis signa? Non admodum difficile probarem hos homines crinitos ab hæreticorum pravitate, & insania parum abesse. Constat enim ex quarto Concil. Tolet. Can. 61. in Hispania hæreticos Priscilianistas, ut ab alio catholicoru cœtu se iuncti, & diversi agnosceretur, crinitos semper incedere, & comatos. Et quanvis obfir-

mam, ac synceram Hispanæ fidem, & catholicæ religionis observantiam, hæc hærescos suspicio, nec levissimè timeatur; erit saltem non exiguum levitatis indicium, & insanæ argumentum. Imò plerung; fit ut homines benè capili, sint male cerebrati, ut in suo asino auctor est Apuleius. Quid plura? mitto lectorem ad Petr. Navarrete in lib. nuncupato Conservation de Monarquias, discurso 14. Sed quanvis hæc consuetudo in Coimbricensi Academia inter illuc cōfluentem Lusitanorum iuventutem multum inoleverit; hodie tamen postquam illius nobilissimæ Academiæ clavum moderandum suscepit vir gene- re eximius, moribus integerrimus, sapientia præstantissimus dominus Franciscus de Britto Rector, non solum Academiæ, sed totius urbis facies ita est immutata; ut iam non de cōmen- dis, sed potius de tondendis crinibus iuventus illa cogitaverit. Interim tamen hoc uno dicēdi finem faciam obtestans, & orans ab omnibus cincinnatis; ut saltem veterum Romanorū consuetudinem observet, apud quos erat arbor, vulgo dicta Capillaris, ex cuius frondentibus ramis ingenui adolescentes comas suas abscissas, & detonsas religiosè appendebant. Testatur Festus Pompeius, quem citat Raderus lib. 9. in Martialem epigram. 17. capillarem arborem Romæ appellatam in qua tonsim capillum Deo conicratum suspendebant adolescentes. Vos etiam Hispani, & Lusitani invenes ad salutiferam, & vitalem Crucis arborem tonsos capillos addu- cete, & in ea veluti in trophyum cincinnatos comarum suspendite calamistros.

C A P. Clerici. XXII.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Agathense, quādo celebratū?
- 2 Clericus debet deferre tonsuram.
- 3 Aliquis cogendus est ad bonum.
- 4 Clericis, quæ uestes sint interdicta?
- 5 Glossa reprobatur.
- 6 Clericus habitū non deferens, punitur.

IN superscriptione, ibi, Ex Cōcilio Agathensi, cap. 20. Fuit pro vinciale celebratum 3. Idus Septembri, circa tempora Cœlestini Papæ I. Messala Confule, cui interfuerūt episcopi triginta quinq; Agatha autem oppidū est provinciæ Narbonensis, iuxta quod Araris fluit. Vide Plin.lib. 3. cap. 4. Ptolomæum lib. 2. cap. 10. Strabonem lib. 4. Pomponium Melam lib. 2. cap. 3. refertur hoc Concil. Agathense, i. tom. Concil.

- Concil. folio. 71. o. Adde posita ad cap. Non oportet 30. infra, hac eadem dist.
- 2 Ad te xtum. Notat Rebif. in praxi, 1. par. tit. Forma litterarum tonsuræ, au. 26. ad hanc, quod clericus debet deferre tonsuram in capite alias peccat, & vide Orat. in 4. dist. 24. p. oppositione 9. post medium. Boer. decis. 69. num. 15. & sequentibus, Sot. in 4. dist. 24. art. 1. quest. 2.
- 3 Ibi, i nviti. Nota quod aliquis cogendus est ad bonum, licet invitus, & potest aliquando decipi, ut bonum faciat, de quo vide posita ad cap. Constituit. 20. quest. 3.
- 4 Ibi, Vestimenta. Peres lib. 1. ordinam. tit. 3. l. 15. & seqq. & quæ vestes clericis sint interdictæ, vide Berard. in praxi cap. 75. num. 5. & ibi, Salzedo littera A. vide nonnulla per Menoch. de arbitr. lib. 2. ceter. 4 casu 392. per totum. S. Bernard. epist. 42. & 92. contra clericos alienis à suo statu vestibus utentes.
- 5 In Glossa 1. ibi, Ego dico. Hæc opinio est hodie reprobata per cap. Vnic. de clericis coniugatis, in 6. de quo videbis Covarr. practicat. cap. 31. num. 6. à principio, & seqq. & cap. 3.
- 6 In Glossa ult. Agit qua poena puniatur clericalem non deferens, de quo vide Bernard. dict. cap. 75. num. 3.
- C A P. Si quis. XXIII.
- S V M M A R I V M.
- 1 Gregorius Pontifex secundus, quando creatus?
 - 2 Concilium Romanum quando habitu?
 - 3 Clericus non debet comam nutrire.
 - 4 Excommunicatio textus an incurritur ipso iure?
 - 5 Poena quando imponatur ipso iure?

In superscriptione ibi, Gregorius secundus. Qui fuit patria Romano, patre Marcello; tantæ eruditio, & facundia fuit, ut facile convinceret male de fide nostra opinantes eius tempore, & opera Germani ad fidem nostram convertuntur; creatur Pontifex anno Christi 714. sed usq; ad annum 730. fuit temporibus Anastasij, Theodosij, & Leonis Isauri; instituit ut in Quadragesimali tempore ieiunium, atque missarum celebritas fieret in Ecclesiis, in quibus non agebantur. Porro Gregorius ipse defunctus, receptus est inter sanctos

anniversariæque memorie cultu in Ecclesia perseverat. Vide Platinam in ipso Gregorio 2. Baron. tom. 9. annal. anno Christi 714. & seqq.

In eadem superscriptione, ibi, 2

In Concilio Romano. Quod fuit celebratum anno Christi 721. cui interfuerunt Episcopi vi-ginti duo. Fuit statutum adversus eos, qui diaconam, presbyteram, aut monacham (quæ ille dicebantur, quarum viri ad diaconatum, presbyteratum, aut monachatum promoti erant) in coniugium ducebant. Vide Baron. dict. tom. 9. anno Christi 721. num. 1. & seqq. & num. 4. Resert verba nostri textus.

In textu. Statuit Pontifex nō posse clericum comam nutritre, texius similis in cap. 4. de vita, & honestate clericorum, & est ratio quia clerici debent coronam gestare, de quo videbis posita ad cap. Prohibere, num. 2. & ad cap. clerici, au. 2. supra has eadem dist. Adde Flosculum clericorum, part. 1. §. 4. num. 132. & 133. poterit tamen clericus ex causa tonsuram dimittere, & habitum transformare, argumento cap. Penult. de vita. & honestate clericorum. Navarr. cons. 70. de regolaribus, num. 5. edit. 2.

Ibi, Sit anathema. Non est tamen ipso iure excōmunicatus, sed si admonitus cessare noluerit, tunc venit excōmunicandus, ut Glossa in præsenti interpretatur, quam omnes communiter sequuntur, ut per Sot. in 4. dist. 24. q. 2. art. 1. col. 5. late Suar. de censuris, disp. 18. sect. 3. num. 19. qui tex-tum nostrum citat.

In Glossa, verbo, Sit anathema, ibi, Fiat. Notat Tiraquet. in l. Si unquæ, verbo, Revestitur, num. 56. & 149. & 172. ubi latè agit quando poena imponitur, vel non imponitur ipso iure.

C A P. Sanctimonialis. XXIV.

S V M M A R I V M.

- 1 Monialis quæ consecratur debet esse virgo.
- 2 Non consecratur nisi à suo Episcopo.
- 3 Monachus electus in Episcopum nō mutat habitum.
- 4 Monialis in infirmitate utitur habitu religionis.

In principio, ibi, Virgo. Nota quod monialis quæ consecratur debet esse virgo, posse tamen

P 4 con-

consecrari illam, quæ pollutione volūtaria fuit corrupta, dicuntur enim vulgo virgines, ut tenet sà in Aphorismis confessorum, verbo, *Consecratio*, nn. 6. ubi etiam putat posse consecrari fœminas corruptas stupro occulto, nam etiam tales virgines reputantur, nec peccatum suum tenentur prodere. Contrarium videtur tenere *Sylvest.* verbo, *Consecratio* 3. nn. 2. quod verius est etiam si scandalum immineat ex D. Thom. in 4. dist. 38. q. 1. art. 5. ad quintum, tradit Navar. cons. 2. nn. 5. de statu monach. & cons. ult. nn. 1. de regularib. edit. 2. Mirand. de sacris monialib. q. 7. art. 8. Adde posita ad cap. *Achitius*, infra, 26. dist. *Vivald.* in *Candelabr.* 3. p. cap. 5. à nn. 33. Legē, quæ eruditè *Sanib.* tom. 2. *Decalog.* lib. 5. cap. 5. nn. 22. ubi etiam an corruptæ fieri possint Abbatissæ?

2 Ibi, Suo episcopo. Ergo monialis non consecratur nisi à suo episcopo, *Sylvest.* ubi supra, nn. 3. in fin. sà ubi supra, nn. 5. sed velum continentia potest etiam dare presbyter iuxta eosdem.

3 Ibi, Semper usura est. Argumento quod monachus electus in episcopum nunquam debet habitum mutare, textus in cap. penult. vers. *Pontifices*, de vita, & honest. clericor. ubi *Glossa*, verbo, monachi, *Sanib.* tom. 2. in *Decal.* lib. 6. cap. 6. nn. 22: ubi etiam de obligationibus episcopi religiosi, quia etiam tenetur ad tria vota, ut per sà in *Aphorismis*, verbo, *Episcopus*, nn. 10. non tamen tenetur ad religionis statuta, etiam si episcopatum relinquat, ex eodem d. nn. 10.

4 In *Glossa*, verbo, Semper. Dicit *Gloss.* quod in lecto, & infirmitate debent moniales uti habitu religionis, sed advertit hic *Turrecrem.* hoc non servari in omnibus religionibus. Vide quæ prudenter *Sanib.* tom. 2. *Decal.* lib. 6. cap. 6. nn. 49 ubi nostri textus meminit. Item quæ *Sayr.* in *Thesaur.* lib. 3 cap. 33. nn. 12. ubi de habitu depositione ex iusta causa, qualis est infirmitas, metus latronū, &c. De hac materia agit etiam *Glossa*, cap. Si quis ex clericis, verbo, relaxaverit, cap. *Clerici*, verbo, causa, de vita, & honest. cleric. *Palud.* 4. dist. 17. q. 3. nn. 3. *Angelus*, verbo, excommunicatio 7. casu 27. *Sylvest.* excommunicatio 6. nn. 54. *Tabien.* excommunicatio 5. casu 23. q. 1. *Navar. in Manc.* cap. 27. nn. 131. Caiet. verbo, excommunicatio, cap. 61.

CAP. Sacratas. XXV.

S V M M A R I V M.

- 1 Soter Papa quis fuerit?
- 2 Mulieres non possunt vasa sacra tangere.
- 3 Nec incensum ponere super altaria.
- 4 An possint pallias tangere?

IN superscriptione, ibi, *Soter* 3
I Papa. Qui fuit natus Fundis, civitate terræ laboris, patre Concordio; creatur Pontifex anno Christi 175. Marco Aurelio imperante; instituit, ne legitima habetur uxor, nisi cui sacerdos ex instituto benedixisset, & quam parentes more christiano marito collocassent; hoc autem constituit multa pericula reiiciens, quæ in novas nupcias cadere solent. Coronam martyrij subiit anno Christi 179. imperante Marco Aurelio, aut (ut alijs placet) Cōmodo. Vide *Panvin.* in *Chronologia ecclesiastica*, anno Christi 163. *Platinam* in ipso *Sotere*. *Baron.* tom. 2. annal. anno Christi 175. usq ad 179. qui circa tempus sui pontificatus discrepant.

In textu. Collige ex textu, non posse 2 mulieres etiam moniales vestimenta altaris, & vasa sacra tangere, de quo sunt videndi *Trocius de vero clericis*, lib. 2. cap. 3. num. 2. & notat *Gregor. Lopez part.* 1. tit. 11. l. 1. *Glossa* 10. *Latissime Henric.* lib. 9. summ. de vero sacrificio Miss. cap. 28. §. 3. & ibi *Glossa litter.* S. textum citat; faciunt quæ tradit *Bellarmin.* lib. 4. de *Eucaristia*. cap. 16. in fine. Ratio vero propter quam constituitur in præsenti, ne ulla diaconissa pallam sacram contingat, nec incensum ponat in ecclesia ea est, quia ex Montani hæretici secta poterant fœminæ in sacris ministerijs se immiscere, ut tradit *Baron. d. tom. 2. anno Christi 179.* nn. 51. qui textus meminit.

In textu, ibi, Incensum circa 3 altaria. De materia vide *Iacobum de Graffis in decisionib. aureis*, lib. 2. p. 1. cap. 42. nn. 2. & sequentibus.

Ibi, Pallias. Vide *Suar. de Sacramentis*, 4 disp. 81. sect. 8. art. 3. vers. Quarto addendum est. Adde posita ad cap. *Ministrū*, infra, hac eadem distinct.

CAP. Non oportet. XXVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Conciliū Laodicense, quando celebratum?
- 2 Non licet subdiaconis sacrariū ingredi.
- 3 Verbum, oportet, aliquando dicit necessitatem.

IN superscriptione, ibi, In Cōcilio Laodicensi. Fuit celebratum sub Damaso Papa, anno Christi 370. imperante Valentiniano, in civitate Laodicca, quæ est urbs Syria. *Tracta-*

ET Tetrapoli Lyco flumini imposita, de qua Ptolem. lib. 5. cap. 15. Plin. lib. 5. cap. 23. & 29. Vide Padilha in Epitome Concil. fol. 11.

2 Ad textum. Probat textus non licere subdiaconis sacrariū ingressi, quod notat Suarius 1. tom. de Sacramentis, disp. 80. sect. 8. art. 3. vers. Dices secundo, & vers. Tertium exemplum sit, in principio, & fine, qui multa ex Patribus, & Concilijs circa textum congerit, quem omnino vide.

3 Ibi, Non oportet. Ergo quandoque verbum, oportet, importat necessitatem, ut est Glossa, verbo, debeat, in Clement. attendentes, de statu monach. latissime Tiraq. retract. lignag. §. 1. Glossa 15. nu. 1. ad med. & vide posita ad cap. Vnum orarium, nu. 1. infra, distinct. 25.

CAP. Ministrum. XXVII.

SUMMARIUM.

- 1 *Non semper fuit idem mos in Ecclesia circa res sacras.*
- 2 *Ornamenta altaris, et si benedicta, possunt tangi ab omnibus.*
- 3 *Laici non possunt tangere calicem.*
- 4 *Vasa sacra quando continent corpus, aut sanguinem, non tanguntur, nisi a sacerdote.*
- 5 *Idem dicendum est de corporalibus.*
- 6 *Post ablutionem tanguntur a laicis, & foeminis.*

EX hoc textu, & ex cap. Non oportet, 26. 28. 30. & ex alijs huius distinctionis decretis constat, non semper fuisse eandem consuetudinem, & ius circa reverentiam rerum sacrarum, neque hoc tempore videtur esse in usu omnia, quae in his canonibus prescribuntur; ut ergo explicetur, quod servandum sit, oportet breviter per singula discurrere.

2 Sit prima conclusio. Ornamenta omnia altaris etiam si benedicta sint, (et idem est de omnibus vestibus sacris) quae non attingunt immediate corpus Christi, nec sunt chrismate consecrata, possunt sine scrupulo tangi a laicis, & foeminis, quia ita habet consuetudo; & quia iura in praesenti distinctione loquuntur praecepue de vasibus sacris; quanvis de foeminis contrarium doceat Sylvester, verbo, Misericordia 1. q. 2. §. 2.

3 Secunda conclusio. Laici qui tangunt ca-

licem consecratum immediatè, & nuda manu, seu aram consecratam non excusantur a peccato. Licet Sotus. dist. 13. q. 2. art. 3. vers. Sed cremen hoc, dicat secluso contemptu, forte excusari a peccato mortali, quia non apparet materia gravis, tamen a peccato veniali (si absq; necessitate fiat) excusari non potest.

Tertia conclusio. Quando vasa sacra continent corpus, aut sanguinem Domini, non possunt licite contingi, nisi a sacerdote, vel ad summum a diacono; & oppositum temere, vel sine causa facere, vix potest a peccato mortali excusari. Ita notat Palud. dist. 13. q. 1. art. 4. conclusione 2. At vero quando calix est vacuus, potest a subdiaconi non solum tangi, sed etiam portari ministrando, quia haec vasa tangit, quando ordinatur.

Quarta conclusio. Idem dicendum est de corporalibus, quae in hoc calici equiparantur, idemque intelligendum est de purificatorio, seu sanguineo, licet enim benedictum non sit, propinquè tamen attingit sanguinem Domini, & interdum fortasse aliquæ reliquiae corporis, aut sanguinis illi adiunguntur.

Quinta conclusio. Post primam ablutionem (qua sit a sacerdote, aut diacono) licet laicis, & foeminis, si consuetudo ita se habeat, aut Episcopi licentia interveniat, lavare corporalia, & purificatoria seu sanguineos, propter maiorem crudelitatem, quia cessat tota causa prohibitionis. Colliguntur haec omnia ex Sylvester, & Soto, supra citatis locis, Henric. lib. 9. summae, cap. 28. Sarr. 1. tom. de Sacramentis, disp. 81. sect. 8. vers. Tertium exemplum, & seqq. & circa istam conclusionem ultimam, adde posita ad cap. Nemo de consecratione, dist. 1.

CAP. Non oportet.

XXVIII.

SUMMARIUM.

1 Concilium Carthaginense 4. quando celebratum?

2 Non licet existenti in minori ordine ministrare in altiori.

3 Orarium quid sit?

IN superscriptione ibi, In Concilio Carthag. 4. Fuit celebratum anno Christo 390. Pontifice Syricio, & Imperante Theodosio, ut tradit Padilha in Epitome Conciliorum, fol. 14. Carthago, ubi plurima Cœilia sunt celebrata, urbs est

Prima pars Decreti.

178

1 Afriæ notissima, Romanæ urbis quondam simulæ, à Didone fertur condita, Iunonia dicta, quod à Iunone diligenteretur. Vide Plinium lib. 5. cap. 4. Ptolomeum, lib. 4. cap. 3. vide etiam posita ad cap. Episcopus, supra, hac eadem dist.

2 **Ad textum.** Nota quod non est licitum existenti in minori ordine, administrare legendo, vel cantando cum ornamenti superiorum ordinum; & an contra tales, sint aliquæ pœnæ statutæ? Collige per illa, quæ tradunt Maiolus de irregularitate, lib. 4. cap. 13. Navare. in cap. 27. nu. 242. Vcf. Septimo. Suarius de censuris disp. 42. sect. 4. per totam.

3 **Ibi, Orarijs.** Orarium est velum quo facies operitur; sumitur etiam pro ipsa facie; dicitur etiam ſola ſacerdotalis; & in hoc ſenu accipitur in preſenti, ſed quare undenam dictum fit orarium? Alcuin. lib. 1. de divin. offic. cap. Quod ſignificant pœnitentia, Raban, lib. 1. de instit. clericorum, cap. 19. Beda in Collect. cap. 7. Amalerius lib. 2. de ecclesiast. offic. cap. 20. authores ſunt, orarium dictum ab orando, idell, prædicando. Hinc orarij uſus ſolum conceditur ijs, quibus prædicandi Evangelium munus commititur, ut ſacerdotibus, & diaconis.

C A P. Mulier. XXIX.

S V M M A R I V M.

1 **Mulieres non debent docere.**

2 **Ob sanctitatem non receditur à juris regulis.**

3 **Laicus an poſſit prædicare?**

In textu. Collige ex textu quod mulier non permittitur in conuentu viros docere, notat Tiraq. l. 10. connum. Glossa l. nu. 32. in fine, qui noſtrum textum vocat notabilem. Nam taciturnitas, & ſilentiū in mulieribus commendatur, loquacitas vero vituperatur, juxta illud Eccles. cap. 26. num. 18. Mulier ſensata, & tacita; cui ſubſcribit Apostolus l. ad Corinib. cap. 14. nu. 28. Mulieres in ecclesijs taceant, & l. ad Timoth. cap. 2 nu. 12. Mulier in ſilentio diſcat, docere autem mulieri non permittit; proſequitur latè idem, Tiraq. l. 12. connumbialium, Glossa l. nu. 5. qui ex Græcis, & latinis multa congerit.

Ibi, Sancta. Ergo ob sanctitatem non receditur à juris regulis, de quo vide Tiraq. de pœnis cap. 51. nu. 7. & 10. qui textum dicit optimum, in hanc rem à nemine adnotatum.

Ibi, Nisi rogantibus ipſis. Ergo laicus ex commiſſione parochi poſt prædicare, ſecondum Glosſam in cap. Adijcimus, 16. q. 1. ſequuntur Decius in cap. 2. nu. 19. de judicijs, Navarr. conf. 7. de offic. deleg. in 2. editione, ubi nu. 3. teſtum refert. Contrarium tamen colligitur ex Caiet. 2. 2. q. 187. art. 2. & in. 3. p. q. 64. art. 6. quatenus ait prædicantem in peccato mortali peccare mortaliter, quia lege ecclesiastica actus prædicandi eſt annexus ordini diaconatus. Adde poſita ad cap. Perlechtis, nu. 8. infra, dist. 25. Ceterum verius eſt prædicantem in mortali, non peccare mortaliter, ut docet Vasquez de Sacrament. diſput. 136. cap. 5. nu. 39. Valent. in 3. part. q. 64. diſp. 3. q. 5. punct. 3. Egid. de Sacram. in genere, q. 64. art. 6. dub. 1. nu. 39. Sanch. de matrimonio lib. 2. diſp. 6. nu. 4. Suar. de Sacram. diſp. 72. ſect. 4. quos vide.

C A P. Non oportet. XXX.

S V M M A R I V M.

1 **Concilium Agathense quando celebra- tum?**

2 **Ministri non poſſunt tangere vasa ſacra.**

3 **Verba textus reponuntur.**

In ſuperscriptione, ibi, In Conſilio Agathensi. Refertur 1. tom. Cōcil. fol. 710. cap. 66.

Fuit celebratum circa tempus Coeleſtini Papæ I. ut ibi refertur, licet Padilha in Epitome Conciliorum, fol. 20. referat celebratum eſſe ſub Sixto 3. anno Christi 436. Adde poſita ad cap. Clerici 22. ſupra hac eadem diſt.

Ad textum. Nota ex textu non oportere in ministris non ſacris, tangere vasa ſacra, quod etiam prohibitum erat ſubdiaconis, juxta textum in cap. Non oportet 26. ſupra diſt. eadem; & vide latifimè Suar. tom. 1. de Sacram. diſp. 81. ſect. 8. art. 3. vers. Tertium exemplum, & vers. Alia autem forma, & poſita ad cap. Ministrum, ſupra, hac eadem diſtinct.

Ibi, Sacrarium. Secretarium habet integrâ originalis in diſt. cap. 66. Sed quamcunque harum lectio- num amplectamur, illud inter veteres authores pro comperto habetur. Sacrarium aliquando ſumi pro abscondito, & ſecreto loco. Hinc Tullius orat. 2. in Catilin. Cum, inquit, Aquilam illam ar- genteam, cui ille ſacrarium ſcelerum domi ſua fecerat, ſcirem eſe premissam. Et Statius 3. Thebaid.

*Arcem hanc aeternam, mentisq; sacraria nostræ
Testor.*

Aliquando sacrarium sumitur pro loco sacro si-
ve facello, in quo sacra reponuntur. *Vlpianus. l.
Sacra de rerum divisione. Et Propert. lib. 3. eleg. 24.
Deam alloquens quæ Mens bona vocabatur.*

Mens bona (siqua Dea es) tua me in sacraria dono.

CAP. Non licet. XXXI.

S V M M A R I V M .

- 1 *Concilium Bracharense quando celebra-
tum?*
- 2 *Subdiaconi an possint tangere vasa sacra?*
- 3 *Fœmina non potest accedere ad altare.*
- 4 *Vasa in quibus reliquiae continentur, an
dicantur sacra?*

IN superscriptione ibi, In Conci-
lio Bracharense. Vide posita ad cap. VI.
supra, dist. 12.

2 In textu. Collige licere subdiaconis tā-
gere vasa sacra, quod est con-
tra cap. Non oportet, 26. supra, eadem dist. de quo
vide posita ad cap. Ministrum 27. supra, eadem dist.
optimè, *Suarus 1. tom. de Sacramentis, disp. 81. sect.
8. art. 3. vers. Alia autem forma, & verl. Tertium
exemplum sit, in principio, & fine.*

3 Ibi, Altaris. Notat *Gregor. Lopez part. 1.
tit. 11. l. 1. Glossa 10.* ad hoc
quod non possit ulla fœmina accedere ad al-
taire, nec ministrare sacerdoti, dum missam ce-
lebrat. *D.D. ad cap. 1. de cohabit. cleric. Sylvest.
verbo, missa. Sot. in 4. dist. 14. q. 2. nu. 5. Suar. de
Sacram. disp. 87. sect. 1. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 19.
Henriq. lib. 9. de missa, cap. 30. nu. 1. Reginaldus lib.
29. nu. 164. Egidius Bellanus q. 83. art. 4. nu. 264.*
ubi addit, urgente magna necessitate, potius cō-
mittendum esse ut solus sacerdos sine ministro
celebret, & ipse sibi respondeat, quam ut faciat
ministrante fœmina. Præter citatos videatur
*Stephanus Fagundes in primo Ecclesiæ præcept. lib. 3.
cap. 21. nu. 2. & 3.* ubi refert ex *Sylvestro, & Ta-
bienna,* aliquando Summum Pontificem conce-
dere privilegium, ut moniales in casu necessi-
tatis per fenestram altari propinquam sacer-
doti administrent.

4 In Glossa verbo, Portare. Dicit
Glos-
sa vocari vasa sacra, ea, in quibus reliquiae cō-
tentur, & deferuntur in supplicationibus
publicis, quas processiones vocant. At *Paludanus*

in 4. dist. 13. q. 1. nu. 15. *D. Anton.* 3. p. tit. 14. cap.
12. §. 4. *Sylvester*, verbo, *Eucharistia 3. q. 4.* dicūt
laicis non licere ea reliquiarum vasa tangere,
sed solis Acolythis. At melius *Turrecrem*, & post
eum *Graffij. 2. p. decision. lib. 2. cap. 14. nu. 8.* di-
cunt nomine vasorum sacrorum intelligi cali-
cem, & patenam, quia hæc sola dicuntur sacra
lis in omnibus animabūs, quæ ibi purgantur. Ratio est, quia non omnes animæ decedunt cū aequali reatu peccatorum remissorum; insuper per aliorum suffragia liberatur, tradit late Suar. de pœnitentia, disp. 46. sect. 4 nū. 4. Egidius de Sacram. tom. 2. disp. 11. dubio 4. nū. 37. vers. Quartio. Pœnas vero Purgatoriū ultra diem iudicij non esse duratas certum est, quia ante iudicium omnes tam salvandi, quam damnandi resurgent, illi in gloria, isti in pœna; probat Suar. d. sect. 4. nū. 2. Egid. d. nū. 37. in principio.

Sed quanto tempore unaquaque anima p 6 singulis peccatis punietur, & detinetur in Purgatorio? Soto in 4. dist. 19. q. 3. art. 2. in fine tenet, neminem ultra decennium in Purgatorio detineri, cum Deus possit ita constituere gravitatem intensivam pœnarum, ut intra illud tempus possint deleri omnes maculae ex peccato relictæ: & non est verisimile voluisse Deum diutius detinere amicos suos. Attamen hæc opinio improbabilis est, quia illa annorum mensura nullo fundamento nititur, nec magis probat de decem, quam de quinq. vel de viginti. Unde certum existimo, animas ob graviā peccata plurimis annis puniri, quod Ecclesia videtur insinuare, rūm in suffragijs particularibus pro defunctis, qui ante plures annos decesserunt,

tum in forma; & modo concedendi indulgen-
tias plurimum annorum. Ita Suar. d. sect. q. nu. 6.
Egidius d. nu. 37. & 38. Sylvius in supplemento, 3. p.
D. Thomas. 100. art. 8. dubio 1. idem

7 Ibi, Blasphemiam dixerit.

Quid sit blasphemia, & de poenis adversus blas-
phemos, & plura de ipsius materi congerunt,
Covar. in cap. Quanuis, 1. p. q. 7. ex nu. 8. Gom. de
delictis, cap. 1. ex nu. 2. Boettius in praxi, iii. de Inqui-
sitione, nu. 129. & 131. Boer. decis. 301. Soto de just.
& jure, lib. 8. q. 2. art. 3. Simanch. de cahol. cap. 8.
Menoch. de arbitrat, casu 375. plures refert, Cened.
collect. 126. ad decretales, nu. 1. Inter recentiores
Theologos doctissimè rem differunt, Azor. 1.
part. mor. inst. lib. 9. cap. 28. Suar. de relig. tract. 3.
lib. 1. cap. 4. & seqq. Sanchez in decal. lib. 2. cap. 32.
Valent. 2.2. disp. 1. q. 13. pun. 1. notab. 2. Reginal.
omnium latissime, lib. 18. nu. 195. 196. 197. &
seqq. ubi adducit cap. Statuimus. De maledicis, in
quo blasphemantium pena describitur, quam
idem auctor latè explicat lib. 18. nu. 202.

8 Ibi, Quod de uno negatur. Notat
Rebus.

in Concordat, tit. decollation. §. Siquis vero, in verbo,
dignitatis, ad hoc, quod patronus laicus non li-
gatur nominationibus, quando in illis solum
exprimitur patronus ecclesiasticus.

9 In Glossa, verbo, Blasphemiam;
ibi, Ille, qui est obstinatus. Dicit
notata-

bilem, Felin. in cap. 1. nu. 22. ad fin. de constitutio-
nibus, ad hoc, quod peccans ex contemptu dici-
tur peccare in Spiritum Sanctum, & quod ille
dicitur peccare ex contemptu, qui obstinate
perseverat in malo, & contumaciter vilipen-
dit.

**10 In textu, ibi, neque in hoc sæ-
culo.**

Quæritur, utrum detur peccatum adeo,
grave, quod per pœnitentiam in hac
vita remitti nequeat? Respondetur nullum
esse peccatum adeo grave, nec tantam multi-
tudinem peccatorum, quæ non possint per ve-
ram pœnitentiam deleri in hac vita. Ita D. Tho.
3. p. q. 86. art. 1. & oppositum dicit esse erro-
neum. Suar. autem, de pœnit. disp. 8. sect. 1. assert. 3.
docet esse hæreticum, quia est contra definitio-
nes Concil. quas refert assert. 1. nu. 5. Sed quid
dicendum de peccato in Spiritum Sanctum, de
quo Christus Dominus dixit non remitti, neq;
in hoc sæculo, neq; in futuro? Respondetur hoc
peccatum juxta D. August. de vera, & falsa pœniten-
tia, cap. 4. & lib. 4. contra Cresconium, cap. 8. & alijs
in locis, esse finalem impenitentiam, quæ om-
nino irremissibilis est, quia cum illa hæc vita fi-
nitur. Alij tamen explicant de peccato, & ma-
litia ex obstinatione cordis, & specialiter Sot.

diss. q. 3. l. q. nu. 7 dicit esse obstinationem peccati
quæ desperante venias, & proposicio non pre-
dicti. Suar. assert. 3. art. nu. 18. censet hoc peccati
catum propriè esse, quando ex malitia, & du-
tate cordis spiritui malo tribuumus i divinas, &
supernaturalia operas, quæ Spiritus Sanctus ad
confirmandam fidem, vel conservandos pec-
catores operatur, & juxta duas posteriores ex-
positiones, hoc peccatum non dicitur irremis-
sibile, quia omnino tolli non possit, sed omnia
difficile tollitur, eo quod homini sic dispositio
difficile sit veram pœnitentiam concipere. Ita
cum D. Chrysost. & D. Cyprian. Suar. citatus.

VI. CAP. Qui in aliud. V.

M V I X N M M V 2
Ita omnia
lod

S V M M A R I V M.

- 1 Anima post mortem quomodo purgetur?
- 2 In Purgatorio est pena ignis.
- 3 Pœna Purgatorij an superet omnem pœ-
nam vite?
- 4 Pœna Purgatorij an paulatim minuatur?
- 5 Animæ Purgatorij an possint inde exire?
- 6 An sint certa de sua salute, & possint
mereri, aut demereri?
- 7 Virum animæ in Purgatorio orent pro
nobis?

IN textu. Agit Augustinus in præsentis, 1
qualiter animæ post mortem
purgentur; de materia vide Sot. in 4. dist. 19.
q. 3. art. 1. & 2. Petrum Soto de institut. sacer-
dot. lect. 2. de Purgatorio, vers. Dubitetur. Henr. de
finc hominis, cap. 25. §. 3. vers. Secundus locus. Quo
tempore autem animæ detineantur in Purgato-
rio, vide eundem Henr. in summ. lib. 7. cap. 16.
nu. 4. Bellarmin. lib. 2. de Purgatorio, cap. 19. & po-
sita ad cap. Proximum, nu. 5. & 6.

Ibi, Igne purgationis. Ergo in Pur-
gatorio, sicut
etiam in Inferno, est pœna ignis; qui est cor-
poreus, eiusdem speciei cum nostro elementari.
Bellarm. ubi proximè, cap. 11. Sciri autem non
potest, quomodo ignis corporeus animas urat,
ut per eundem cap. 12. Vide tamen Suar. de pœ-
nitentia, disp. 46. sect. 2. qui latissime rem discu-
tit, assertens ignem vere, realiter, ac physice,
efficere cruciatum in animabus, seu spiritibus,
agereq; in spiritus rem aliquam inconvenien-
tem, quæ sit objectum doloris, & tristitiae. Egi-
dius de Sacram. 2. p. disp. 11. dubio 3. nu. 27. Locus
autem Purgatorij est infra viscera terræ, Infer-
no ipsi vicinus. Bellarm. cap. 6. Henr. de fine ho-
minis, d. cap. 25. §. 3. Egidius de Sacram. 2. p. disp. 11.
dubio

^{15q. 50}
dubio 2. nu. 17. *Suar. de pœnitentia*, disp. 45. sect. 2.
§ nu. 3. Adde posita ad cap. supra proximū, nu. 4.

3 In verī. Excellit enim. Nota ex tex-
tu, quod nū-
quam in carne tanta est inventa pœna (licet mi-
rabilia passi sint martyres tormenta) quanta in
Purgatorio est; superat enim omnem pœnam
huius vitæ. Vide *Soto* in 4. dist. 19. q. 3. art. 2. *Vi-
vall. in Candelab. aureo*, part. 1. de Sacram. pœnitentia,
sub tit. de Purgatorio, nu. 8. qui uterque nostrū
textum referunt, & alios citant. *Henriq. d. nu. 3.*
qui post *D. Thom.* & alios, ait pœnam minimam
Purgatorij acerbiorē esse, quam fuit dolor
animæ Christi in passione. At *Bonaventura* in 4.
dist. 20. art. 1. q. 2. docet aliquam pœnam Pur-
gatorij reperiri minorem aliqua pœna huius vi-
tæ; sequitur *Bellarin. d. lib. 2. de Purgatorio*, cap. 2.
vers. 1. *At beatus;* quæ sententia mihi placet, quia
potest fieri, ut quis moriatur nullum debitum
secum ferens, nisi unius verbi otiosi, at durum
videtur propter otiosum verbum, pati debere
aliquem supplicia graviora omnibus pœnis hu-
iuis vitæ. Consule *Suarium de pœnitentia*, disp. 46.
sect. 3. nu. 6. & 7. *Egidius de Sacram. 2. p. disp. 11.*
dub. 3. nu. 26.

4 Dubitatur tamen an pœna Purgatorij pau-
latim minuatur, vel semper eadem intensivè
duret? Quidam asserunt animas priùs puniri
in quodam loco, ubi ignis intensus urit, deinde
transire ad aliud, ubi mitius puniuntur, postea
ad aliud amœnum, ubi detinentur sine pœna
sensus, quod probabilitate non carere tradit
Sylvias in supplement. 3. p. D. Thom. q. 100. art. 3. in
fine. Sed incredibile appare, animas à Purga-
torio transire ad locum amœnum, priusquam
cœlum ingrediantur; quia si plenè purgatae non
sunt, non debent ad illum locum transire; si
vero iam sunt purgatae, statim Deum videre in-
cipiunt; unde dicendum est sanctas illas ani-
mas immediate transire à loco Purgatorij ad
beatitudinis locum: tradit *Suar. de pœnitentia*, dis-
p. 46. sect. 4. à nu. 7.

5 Dubitatur insuper an possint Purgatorij ani-
mæ, ante finitam purgationem, ad tempus inde
exire? Probabilis est eas animas non posse
ordinariè ante pœnas omnino persolutas egredi,
quia ibi sunt quasi in carcere. Ex nonnullis
tamen apparitionibus apertè colligitur, animas
aliquando ex singulari Dei permissione egredi,
ac aliquibus apparere, ut eorum suffragia pos-
tulent. *Egidius de Sacram. d. disp. 11. dub. 6. nu. 49.*
Solum est advertendum, quando hæc dispensa-
tio fit, pœnam non interrupi, quia ignis sicut
in aere cruciat dœmones, ita animas torquere,
ac purgare potest; advertit *Suar. d. sect. 4. nu. 11.*
Non omittam hoc loco rem memoratu dignissimam, & quæ in magnæ matris, ac Virginis
laudem potest cedere. Ex *B. Petro Damiano lib. 3.*

epistolaram, epist. 10. refert *Ioannes de Carthagena*,
tom. 3. lib. ultimo de mirandis Deipara Virginis, §. 4.
in ipso die Assumptionis visam fuisse fœminam
iam defunctam, quæ se ex purgationis ignibus
creptam esse testabatur. *Hodie*, inquit, *Regina*
mundi me cum multis alijs de locis pœnalibus liberavit,
tantaq; multitudine per interventionem eius hodie (idest
in die Assumptionis) *est de tormentis crepta, ut nu-
merum totius Romanæ plebis excedat.* Ita memora-
tus auctor.

6 Animæ Purgatorij sunt omnino certæ de
sua salute; nam experiuntur se Deum amasse,
quod non convenit damnatis; unde clarè col-
ligut se solum esse in Purgatorio, cuius pœnam
ex fide sciunt non esse æternam, *Bellarin. lib. 2.*
de Purgatorio, cap. 4. post multos *Suar. de pœnitentia*, disp. 47. sect. 3. nu. 5. *Egidius de Sacram. disp. 11.*
dub. 6. nu. 45. *Sylvius in supplement. 3. p. D. Thom.*
q. 100. art. 6. dub. 1. Non possunt tamen mere-
ri, aut demereri, quia tempus merendi, aut de-
merendi morte finitur: ex multis *Suar. d. disp.*
47. sect. 2 à nu. 1. *Egidius d. dub. 4. nu. 46.*

Pullulat tamen quælio utrum in Purgato-
rio anime orent pionobis, possintq; aliquid no-
bis mereri, aut impetrare. *D. Thom. 2. 2. q. 83.*
art. 11. ad tertium, ait eos, qui sunt in Purgato-
rio, non esse in statu orandi, sed magis ut ore-
tur pro eis, propter pœnas quas patientur; sed
oppositum est satis pium, cum illæ animæ sint
sanctæ, & charæ Deo; neq; est incredibile An-
gelos bonos aliqua revelare illis animabus, quæ
hic fiunt à viventibus amicis, vel alio titulo il-
lis conjunctis, ut in particulari pro nobis orent;
nec *D. Thomas* absolute contrarium docet, sed
comparativè ait magis esse in statu, in quo pro
eis oretur, quam pro alijs orandi. Hæc ex *Suar.*
d. disp. 47. sect. 2. nu. 9. Vide *Lestum lib. 2. cap. 37.*
dub. 5. ubi credibile dicit animas in Purgatorio
de proximorum salute esse sollicitas, & pro illis
Deum assidue orare.

CAP. Primum itaq; VI.

S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopus debet esse sine crimine.*
- 2 *Clerici tenentur sine crimine vivere.*
- 3 *Quando ex notorio crimine insurgat ir-
regularitas?*
- 4 *Quæcumq; enormitas, an inducat irregu-
laritatem?*
- 5 *An quis possit accusari de peccato, de
quo pœnituit?*

IN textu. Collige debere inveniri sine criminis, qui in Episcopum est ordinandus, de quo vide posita ad cap. Quis Episcopus. 2. nn. 1. supra, dist. 22. & ad cap. Episcopus, 7. nn. 2. & seqq. eadem dist. Adde Petrum Greg. de elect. cap. 9. nn. 1. ad finem, Gamā de Sacramentis praestand. q. 5. nn. 1.

Ibi, Qua libertate. Nota quod clericitatem tenentur si ne crimen vivere, ne dum laicos corripiunt, tacite sibi ipsi respondeant, eadem criminis se admisisse, que corripiunt, & haec verba innovavit Concil. Trid. sess. 14. de reformat. in proœmio, post principium.

3 In Glossa, verbo, Primum ad med. ibi, Alij dicunt. Quando ex notorio crimine insurgat irregularitas, que etiam peracta pœnitentia impedit ordinum executionem, & ad maiores accessum? Vide latissime Suar. 5. tom. de censuris, disp. 48. sect. 1. & 2.

4 In eadem Glossa in fine, Ego credo. Tenet Glossa quod quacumq; enormitas, etiam sine notorieta, impedit, ne quis promoveatur; sequuntur plures, quos refert Navarr. in Manual. cap. 27. nn. 248. Contrarium tamen verosimilius tenet idem, Navarr. d. loco, vide posita ad cap. Qui partem, n. 7. dist. 55.

5 In Glossa, verbo, Corripe. Igitur potest quis accusari de peccato, de quo pœnituit. Extollit Gom. 3. tom. cap. 1. nn. 40. à principio, ubi Glossam refert, & tradit plurima. Et specialiter de heretico, quem iam pœnituit, & in foro conscientiae absolutus est, tradit Sanch. lib. 2. De cal. cap. 12. nn. 7. cum Glossa, cap. Gaudemus, verbo, poterit, de divortio. Abb. Paulo, & multis, quos vide apud Anton. Gom. tom. 3. variat. cap. 1. nn. 40. Pehuha in Direct. Inquisit. 2. p. Comment. 25.

DISTINCTIO. XXVI.

S V M M A R I V M.

I Bigamus quare efficiatur irregularis.

IN Glossa summæ, verbo, Sequitur. Laborat Glossa in reddenda ratione ob quam bigamus efficiatur irregularis, de quo videndi sunt Covar. in Clement. Si furiosus, 1. p. §. 2. nn. 3. vers. Huius, Navarr. in Man. cap. 27. nn. 19. in principio, Anania in cap. 3. nn. 3. de adulterijs. Ant. in summa, 3. p. tit. 28. cap. 4.

MI

CAP. Vnius uxoris. I.

S V M M A R I V M.

I Hieronymus quis fuerit?**2** Bigamia ante baptismum an impediat ordines?**3** In Baptismo an crimina dimittantur? & nn. seqq.**I**N superscriptione, ibi, Hiero-**nymus.** Vide posita ad cap. Illud dist. 12. & huius epistola integra ad Oceanum, refertur in epistolis D. Hieronymi, collectis per Canisium, lib. 3. epistola. to.**Ad textum.** Collige bigamiam contractam ante baptismum non causare impedimentum, ut post susceptum baptismum bigamus non ordinetur, ut in praesenti tradit Hieronymus, contrarium vero decidit Augustin. in cap. Seq. qui omnium fere consensu receptus est, ut per D.D. ibi, citatos, & ultra illos Abb. nn. 16. in cap. Gaudemus de divortijs, Soto in 4. dist. 27. q. 3. art. 2. Covar. in Clem. Si furiosus, p. 1. §. 2. nn. 5. Suarius de censuris, disp. 41. sect. 1. nn. 2. ubi agit de hac epistola 83. Hieronymus ad Oceanum, & textum citat Greg. Lopez, part. I. tit. 5. l. 35. Glossa. Ergo in bap-**Ibi, Non imputatur.** Ergo in baptismo commissa ante crimina dimittuntur; notavit Tiraq. de pœnis causa 25. nn. 1. Farinac. tom. 3. q. 97. num. 150. An autem hoc procedat in foro tantum pœnitentiali, an etiam in foro judiciali? Statue sequentes conclusiones.**4** Sit prima conclusio. Iudeus, aut Ethnicus effectus christianus, non debet puniri de delictis ante commissis, sic enim intendit Glossa verbo, in baptimate, in cap. Sine penitentia de consecrat. dist. 4. intendit Glossa ult. in principio, 89. dist. Butrius Imola, & alij in cap. De his, de accusatis, quos, ibi, refert Felin. nn. 7. ubi Anania nn. 6. appellat æquorem; tradit judicatum Ferret cautela 24. consuluit Ruinus, lib. 5. conf. 13. nn. 3. & in hanc partem inclinat Clar. in pract. §. fin. q. 51. nn. 19. dicit communem Vivius, lib. communium, in verbo, accusari potest Iudeus; plurcs refert, & sequitur Farinac. 3. tom. q. 98. nn. 145. & 148. ait ita Romæ observari Tuscius, tom. 1. verbo, Baptismus. nn. 4.**5** Contrarium tamen probat Glossa ult. ubi D. D. communiter, in cap. Gaudemus, de divortijs, Glossa, verbo, penitentia, in cap. Ad monere 33. q. 2. plura cumulant Tiraq. de pœnis, causa 25. num. 6. & ex Canonistis, & Theologis tradit receptum, Covar. lib. 2. resolnt. cap. 10. nn. 4. Plaga de delictis,

lib. I.

lib. I. cap. 34. nn. 17. (idem tenet Abulens. in 3. Regum, cap. 1. q. 29. ubi testatur de communiori opinione. *Villalobos communium opinion. littera B. nu. 1. Dec. conf. 130.* per totum, lib. I. *Brunus à sole questione legal. 18. nu. 3. & 6.* Ego primam opinionem tanquam æquiorem, & religioni magis faventem libenter amplector.

Secunda conclusio. Iudeus, aut Ethnicus effectus christianus infraudem, & ut pœnā commissi delicti evitet, poterit, non obstante baptismate, de delictis antea commissis accusari, & puniri. *Ita Marian. Socin. in cap. De his, nu. 22. de accusat. Dec. dict. conf. 130. nu. 3. vers.* Et maximè ista conclusio; faciunt quæ tradit Boer. decis. 289. nu. 1. in fine. *Decian. practic. criminali, lib. 4. cap. 20. nu. 24.* post alios Barbosa in l. *Si quis posse a quam, nu. 88. de judic.* Atque ita poterū reduci ad concordiam suprapositæ opiniones, ut prima absolute procedat, secunda verò si fraus interveniat; quando autem quis sit putandus fraudulenter, non autem ex corde, baptismum suscipere? *Vide Dec. dict. conf. 130. num. 3. Farinac. d. quest. 97. num. 154.*

Tertia conclusio. Aliquis effectus christianus, adhuc tenetur restituere male ablata, & omne illud, quod civiliter ex furto, seu alio delicto nascitur; probat *Glossa*, verbo, *Possessionibus*, ubi communiter omnes in cap. *Iudei, in 2. de Iudeis. Innoc. in cap. Gaudemus, nu. 3. vers.* Et idem de divortijs, & ibi *Hosliens. nu. 16. in fin. Butrius nu. 21. Coyar. variar. lib. 2. cap. 10. nu. 4. Dec. d. conf. 130. nu. 1. post med. & nu. 3. sequitur post alios Farinac. d. q. 97. nu. 156.* Attamen circa restitutionem usurarum, vide *Constitutionem Pauli, 3. part. prima Bullarij, fol. 415.*

CAP. Acutius. II.

S V M M A R I V M .

- 1 *Augustinus quis fuerit?*
- 2 *Bigamia ante baptismū impedit ordines.*
- 3 *Mulier corrupta inter moniales cooptari non potest, ut recipiat consecrationem virginum.*
- 4 *Glossa approbatur.*

IN superscriptione, ibi, Augustinus. Vide posita ad cap. *In ijs, supra, dist. 4.*

Ad textum. Docet *Augustinus*, bigamiam ante baptismum impedire, ut quis non ordinetur; oppositum docuerat *Hieronym. in cap. proximo;* *Augustinus* tamen magis approbatur, & ultra D.D. ibi positos, est videndus *Navar. in Manual. cap. 27. nu. 159.*

à principio. *Vivald. in Candelab. I. p. de baptismo, nu. 44. vers. Sexto. Suar. de censuris, disp. 49. sect. 6. nu. 10. Adde D. Thom. 3. p. q. 66. art. 4. Greg. Lopez part. 1. tit. 4. l. 5. Glossa I. Maiolum de irregularitate. lib. I. cap. 33. Villadiego de irregularitate. cap. 16. in principio.*

Ad med. ibi, Dei virgines consecrari. Notat *Tiraq. in l. I. Connubial. Glossa I. part. nu. 45. ad fin. ad hoc, quod licet mulier corrupta inter sanctas moniales cooptari non potest, vir tamē corruptus, & sacrif. & religioni mancipari potest, & etiam in Episcopum consecrari.* Adde quod per hunc textum, tenet *Rodriguez de regularibus, tom. I. q. 64. art. 3.* non posse consecrari fœminas corruptas stupro occulto; etiam si per vim, aut dormientes virginitatem amiserint, de quo vide posita ad cap. *Sandimoniales 24. supra, dist. 23. nu. 1.* Adi pro hac te *Sanch. tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 5. nu. 22.* & deinceps, ubi distinguit de velo proprio virginitatis, quod dicit accipi non posse à corruptis, non vero de velo communis professarum.

In Glossa, verbo, Consecrati, ibi, 4 Significat Ecclesiam triumphatē.

Et ita per ipsam virginitatem, Ecclesia triumphans designatur; quia sicut Angeli sine carne vivunt, ita virgines in carne triumphant, ad quod dicit *Glossam ad modum celebrem Paulus Fuscus de visitat. lib. 2. nu. 1.* qui multa congerit. Vide præterea *Riberam, & Blasium Viegas, in illud Apocal. 14. Virgines enim sunt, sequuntur agnum quocunque jetit.*

CAP. Deinde. III.

S V M M A R I V M .

- 1 *Innocentius Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Bigamus an sit, qui post baptismum habuit uxorem, & ante alteram.*
- 3 *Responsio interrogatione accommodatur.*
- 4 *Infidelis habens filium, si convertatur, succedit in maioratu.*
- 5 *Sine peccato exercetur, quod fit de precepto.*
- 6 *Irregularitas an tollatur in baptismō?*

IN superscriptione, ibi, Innocentius. Qui fuit nomine primus, de quo vide posita ad cap. *Quis nesciat, supra dist. 11.* Sed forsitan iste Innocentius non fuit primus, cum in eius epistolis, quibus refert *Baron. annal. tom. 5. anno Christi 404. num. 36.*

& 87. & 91. & anno 405. nu. 62. & anno 408. nu. 33. & 38. & 41. & anno 413. nu. 23. & anno 416. nu. 14. & 31. & 34. non reperiatur hæc epistola ad Ruffum; sed sicut nomine secundus; qui obiit anno Domini 1128. & nonnulla scripsit, ut per Possevinum in apparatu sacro, tom. 2. verbo, Innocentius, fol. 100. Adde posita ad cap. Decernimus, 2. infra, dist. 28.

2. Ad textum. Collige ex textu bigamū esse, qui ante baptismum habuerit unam uxorem, & post baptismum alteram; de quo agit Villadiego de irregularitate, cap. 16. in principio; ubi hunc textum vocat optimum, & eum s̄aep̄ s̄aep̄is ponderat, & vide posita ad cap. 1. & 2. supra, hac eadem dist.

3. Ad med. ibi, Meminerint hoc à Iudæis interrogatum. Notat Suar. tom. 2. de religione, lib. 2. de juramento, cap. 13. nu. 4. ad hoc quod debet responsio interrogationi accommodari.

4. In vers. Quæro, ibi, Flios, quæ ex ea. Dicit notabilem Gregor. Lopez part. 2. tit. 15. l. 2. verbo, *Si no el fijo maior*, vers. Et adriente, ad hoc, quod si aliquis infidelis (qui juxta morem patriæ possidet maioriam) habens iam filium maiorem ex uxore, convertatur ad fidem ipse, & eius uxor, & postea procreent filium alium, succedit in maioratu primus filius, licet natus in infidelitate; & est argumentum, quod filii suscepti ante baptismum, debent habere partem hereditatis, & hoc est verum; nisi remanerent in infidelitate, quia tunc debent privari hereditate paterna, & materna, l. Cognovimus, C. de hereticis.

5. Ad fin. textus, in vers. Nuptiarum, ibi, Non potest dici. Et ita si peccato exercetur, quod de præcepto perficitur; ut ex textu notavit Gregor. Lopez part. 4. tit. 2. in summa, Glossa 3.

6. In Glossa ult. in principio, ibi, Ex proprio delicto. Tenet Glossa infamiam, & irregularitatem ex proprio delicto provenientem, tolli in baptismō; Glossa similis in cap. *Si quis viduam*, dist. 50. de quibus Villadiego de irregularitate, dicit. cap. 16. in principio.

C A P. Vna tantum. IV.

S V M M A R I V M.

Baptismus quas maculas auferat?

2. Actum frequentat, qui bis illum exercet.

3. Non est hortator castitatis, qui ipsam non servat.

IN textu. Notat Gregor. Lopez, ad hoc, quod irregularitas, & bigamia non tollitur baptismo, part. 1. tit. 4. l. 6. *Glossa* 1. de quo etiam lege scripta ad cap. 1. 2. & 3. supra, eadem dist. & de effectibus baptisimi, & quas maculas auferat? Vide Suar. tom. 1. de Sacram. q. 69. art. 4. disp. 26. sect. 1. Egydium q. 69. art. 1. & sequent. Vasq. tom. 2. in 3. part. disp. 156. cap. 1. 2. & 3. ubi deducit ex gravissima Conciliorum, & Patrum autoritate Gregor. Ambros. Hieron. Cypriam. Vide etiam Carthaginam lib. 3. tit. 42. observatione 4. qui authores quatuor assignant præcipuos effectus baptismi. Primus est animam abluere ab omni peccato. Secundus, est gratiæ infusio, & virtutum Theologalium Fidei, Spei, Charitatis. Tertius liberare ab omni pœnæ reatu peccatis debito. Quartus, aperire januam regni Cœlorum. Qui effectus colliguntur ex cap. Maiores, de bapt. & ex Concil. Trid. sess. 6. cap. 7. Carthaginensi 4. Can. 1. Florentino in decreto fidei, post ultimam sessionem, §. Primum omnium, ubi Eugenius 4. ita definit. Huius Sacramenti effectus est remissio omnis culpa originalis, & actualis, omnique pœnæ, que pro ipsa culpa debetur.

In textu, ibi, Iterare. Ergo ille dicatur actum frequentare, qui bis illum exerceat; unde merito illa dicitur meretrix, quæ causa quæstus duos amasios admittit. Abb. in cap. Inter opera, nu. 5. de sponsal. ubi Propositus nu. 5. l. Palam quæstum de ritu nuptiarum; mulier autem quæ amore plures admisit, non est meretrix, ut per eundem Proposit. ubi proxime.

In textu ad fin. in vers. Quomodo. Ergo non potest esse hortator castitatis, qui ipsam non servaverit; & verba nostri textus renovavit Concil. Trid. sess. 14 de reformat. in proæmio, post principium. Imò generaliter loquendo, ad nullius virtutis observantiam ille alios poterit cohortari, qui eandem non religiosè observaverit. Extat hac in re pulcherrimum Sannazarij epigramma ad Regem Federicum, ubi postquam illum inducit caventem, ne quis audaci manu arma distringeret, mox eundem monstrat eiusdem virtutis observatorem, cuius erat hortator.

*Deposuisse tuum, vel primus dicerisensem,
Et monstrasse palam primus inermē latuſ.*

C A P.

CAP. Qui sine crimine. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Ambrosius quis fuerit?
- 2 Bigamia an tollatur per baptismum?
- 3 Verbum, tenere, aliquando non importat necessitatem.
- 4 In irregularitate bigamiae quis dispescet?

IN superscriptione, ibi, Ambro-

sius. Vide posita ad cap. Quadragesima, supra dist. 4. Adde latissime Possevinum in apparatu sacro, tom. I. in verbo, Ambrosius, fol. 91. & sequentibus.

2 In textu. Tenet Ambrosius irregularitatem bigamiae, non tolli per baptismum, de quo vide posita ad cap. I. 2. 3. & 4. hac eadem dist. Adde Suarium de censuris, disp. 49. sect. 6. nu. 10. qui textum refert.

3 In principio textus, ibi, Tenetur. Nota quod quandoq; verbum, *tenere*, ponitur permissivè, & non præceptivè, vel necessitati-vè, licet regulariter necessitatem importet, l. 3. C. de transact. l. I. §. I. ff de eo, per quem factum erit, vide Brison. de verborum significatione, lib. 18. fol. mihi 625.

4 In fine, ibi, Prerogativa exuitur. Quis autem possit in hac irregularitate bigamie dispensare? Vide latissime per Suarium de censuris, disp. 49. sect. 6. per totam. An autem Episcopus possit in illa dispensare? Vide posita ad cap. Non confidat 59. infra, dist. 50.

DISTINCTIO. XXVII.

CAP. Diaconus. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Martinus primus quis fuerit?
- 2 Non licet sacerdotibus uxorem habere?
- 3 Protestatio aliquando exonerat protestantem.
- 4 Diaconus an possit matrimonium contrahere?
- 5 Aliquando non sufficit contradicere.
- 6 Tacens quando consentire videatur?

IN superscriptione, ibi, Marti-

nus. Papa huius nominis primus, patria Tudertinus, creatur Pontifex anno Christi 649. coegerit Synodum Lateranensem, summa perpessus pro causa fidei, abductus captivus. Contaminopolim, expositus opprobrijs omnibus. Chersonam fuit relegatus, ubi inopia, & ærumnis consecutus, verè martyr obiit. Extant eius epistola unà cum Synodalibus, actis Concilij Lateranensis. Vide Baron. tom. 6. annal. anno 496. & sequentibus. Possevinum in apparatu sacro, tom. 2. fol. 410. Adde posita ad cap. ult. nu. 1. supra, dist. 24.

3 In textu. Collige non licet sacerdotibus uxores habere, sed castos, & cœlibes esse oportere, ut multis comprobatur Tiraq. l. 15. cannibalium, nu. 118. qui textum refert, Bursatus conf. 110. nu. 26. Quælio autem esse potest, an jure divino, vel humano initiatus sacris, obligetur ad cœlibatum? & magis placet solo jure ecclesiastico annexam esse continentiam ordinibus sacris; tradit Henriquez in summa, lib. 10. cap. 14. §. 5. & ibi littera D. nostri textus meminit, Sanches lib. 7. de matrim. disp. 27. nu. 5. latissime Vasquez de ordine, disp. 247. cap. 3. & sequentibus. De quo etiam videbis posita ad cap. I. & cap. de ijs, infra, dist. 28. & ad cap. Presbyteris, 8. nu. 2. infra, hac eadem dist.

4 In vers. Quod si. Ponderat Felin. in cap. Cum M. nu. 38. de constit. ad hoc, quod tenet, & juvat protestatio, quando ille, qui protestatur agit de exonerando se ab obligatione, quæ debet oriri ex pacto non præambulo, sed secuturo.

5 In vers. Si vero. Arguit ex his verbis Marcus Antonius Episcopus Spalatensis, postea vero ab Ecclesia Sancta Romana Apostata, docere Gratianum, si diaconus uxorem ducat, matrimonium tenere. Sed inique cum Gratiano agit, qui id tantum assertit diaconum si à ministerio cessare voluerit contracto iam ante diaconatum matrimonio licite uti posse; non autem novas nuptias contrahere, quod tamen ut notat Glossa de Ecclesia tantum Orientali posteriorum temporum intelligi debet, ut bene confutat Boerius de Republica ecclesiastica, parte 2. lib. 2. cap. II. §. Hinc perperam, fol. 396. Adde posita ad cap. Quoniam 13. nu. 6. infra, dist. 31.

6 In Glossa, verbo, Si contestatus, ibi, Contradicat. Imo non sat est non contradicere, sed requiritur expressus consensus ex Fallon. post alios, in cap. Cum M. nu. 34. de constitutionibus, qui Glossam citat.

6 In Glossa, verbo, Tacuerit, ibi, Pro consensu. Hoc est verum regulariter, nisi adit præjudicium certij l. 3. & ibi *Glossa*, ff. de authorit. tutorum, aut nisi metu tacuisset, l. novissime, ff. de re iud. seu nisi agatur de obligatione reali, vel personali, l. 4. ff. servitus urban. prædior. l. Filius familias, §. Invictus, ff. de procuratoribus, & vide quæ dicam in regulis, Qui tacet, de regulis juris, lib. 6. Interim consule Sanches lib. 1. matrim. disp. 5. nu. 5. ubi cum multis.

CAP. Quidem. II.**S V M M A R I V M.**

1 Augustinus quis fuerit?

2 Nubentes non sunt separandi.

IN superscriptione, ibi, Augustinus. De quo vide posita ad cap. In ijs, supra distinct. 4.

2 Ad textum. Collige ex textu nubentes post votum castitatis, non esse separandos, de quo vide in terminis D. Thom. in Addit. ad 3. part. quest. 53. art. 1. Ratio autem ea est, quia votum non operatur ultra voventis intentionem, sed vovens castitatem, aut non nubere, non intendit se inhabitem reddere ad nubendum, sed solum intendit promittere, & se obligare ad id non faciendum, licet possit, & habilis sit, & hanc rationem reddit Suarius tom. 2. de religione, lib. 4. de obligatione voti, cap. 6. nu. 4. Addit posita ad cap. Sequens, num. 2.

CAP. Si vir. III.**S V M M A R I V M.**

1 Theodorus quis fuerit?

2 Simplex votū an irritet matrimonium?

3 Index potest minuere pœnam.

IN superscriptione, ibi, Theodorus in Pontificali. Fuit Theodorus Cantuariensis Archiepiscopus, natione Græcius, scriptor opus de qualitate pœnitentia, ijs, qui in multis criminibus delinquissent, inscriptū est enim *Pœnitentiale Theodori*, cuius in præsenti meminit

Gratianus. Conscripsit etiam epistolas nonnullas ad diversos; floruit anno Domini 690. Vide *Possevin. in apparatu sacro*, 3. part. littera T. fol. 280.

Ad textum, ibi, Simplex votū.

Ergo simplex votum non irritat matrimonium postea contractum, cum per illud non mutetur status, neque vovens amittat dominium propriæ voluntatis, & ideo postea contrahendo, potest illud transferre in uxorem. Vnde quantumcumque votum fiat publicè, & cum magna solemnitate, non irritabit matrimonium postea contractum; quia ad illud irritandum requiritur, quod publicè fiat, & sit solemnè per susceptionem factorum ordinum, vel per professionem factam in religione approbata. D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 7. ad tertium. Nayarr. in *Manuali*, cap. 12. nu. 31. vers. Decimo tertio. prosequitur late *Barbos. soluto matrimonio*, 2. part. Rubrica. nu. 99. item posita ad cap. supra proximū, nu. 2. Adde *Suarium de statu religionis*, tom. 3. lib. 9. cap. 3. nu. 14.

In Glossa, verbo, Sed tribus, ad finem. ibi, Minuitur pœna.

Notat *Glossa*, quod judex debet detrahere de quantitate pœnae à jure statuta, quando delinqüens facit actum prohibitum, & tamen à jure postea toleratur, & approbatur, de quo vide nonnulla per *Tiraq. de pœnis, in præfatione*, nu. 4. & 18. cum sequentibus, nu. 15. an judex possit pœnam augere?

CAP. Voentibus. IV.**S V M M A R I V M.**

- 1** *Vovens castitatem an possit nubere?*
- 2** *Qui contra votum matrimonium contraxit, an possit petere debitum?*
- 3** *Ecclesia an possit punire voluntatem? & numer. sequentibus.*

IN textu. Nota damnabile esse voentibus castitatem, velle nubere, de quo vide posita ad cap. *Sequens*, nu. 2. & 3.

Ibi, Sed etiam velle. Ergo, qui contra votū castitatis matrimonium contraxit, & consumavit, tenetur nihilominus ad non petendum debitum, quia voti obligatio durat in eo, in quo impleri potest; sic etiam qui contra votum religionis uxorem duxit, adhuc tenetur non consumare matrimonium, quia potest implere votum, quod

1 quod de se semper obligat; tradit *Suar.* tom. 2. de religione, lib. 4. de obligatione voti, cap. 16. num. 7. ubi latè.

3 In *Glossa*, ibi, *Voluntas punitur*. Docet *Glossa*, posse Ecclesiam punire voluntatem. *Glossa* similis in *Clement.* I. de hereticis, verbo, *Ipsò jure communiter recepta*, ex *Pigio de ecclesiastica Hierarchia*, lib. 6. cap. 16. *Medin.* in *Cod.* de pœnitentia, tractatu de oratione, quest. de potestate Ecclesie, respectu actuum cordis. *Cordub.* lib. 4. questionum Theologicarum, q. 13. *Adrian.* Quodlibet. 8. vers. *Huius decisio*, fol. mihi 257. plures refert *Guiserr.* lib. 1. *Canon.* cap. 13. num. 4. Præcipuum est fundamentum, quia in die festo peccat, qui sola voluntate violat præceptum, veluti si habeat intentionem non audiendi missam. Ergo Ecclesia punit etiam interiores actus malos, & illos judicat.

4 Ego contrariam opinionem semper certiorē existimavi, eam tenet *Castr.* lib. 2. de justa habet. punit. cap. 18. *Navarr.* in *Manual.* cap. 23. num. 103. ad fin. & tom. 2. in cap. *Fin.* de simonia, num. 20. vers. Nec obstat. *Simanch.* de catholicis, cap. 42. num. 2. *Guierr.* d. lib. 1. *Canon.* cap. 13. num. 4. & 5. latissimè *Suar.* 5. tom. de censuris, disp. 4. sect. 2. per totam Nec obstat fundamentum, quia Ecclesia non prohibet illum actum interiorem, sed consecrat tempus aliquod divino cultui; unde ex natura rei sequitur, ut irreverentia illi temporis facta jure naturæ sit prohibita: sicut consecrato loco, vel calice, vel quacumq; alia re ad cultum Dei; licet consecratio sit de jure positivo humano, irreverentia tamen tali rei facta est contra ius naturæ. Ita eleganter solvit *Suar.* ubi proximè, num. 6. Agnoscit *Vasquez* 1. 2 disp. 160. cap. 4. num. 19. licet alio modo argumento satisfiat.

5 Vtrum autem hæreticus in mente sit excommunicatus, & aliquibus pœnis subjectus? Vide posita ad cap. *Si quis eorum*, infra, dist. 30. num. 2, & sequentibus, & quæ latius scripsimus ad cap. *Qui partem* 6. num. 8. & seqq. infra, dist. 55.

C A P. Si Nupserit. V.

S V M M A R I V M.

- 1 *Nubere an sit peccatum?*
- 2 *Ex accidenti potest matrimonium fieri culpabile.*
- 3 *Mulier vovens non potest nubere, vir tamen qui eam disponavit libere il lautitur.*

I N *textu*. Collige virginem nubendo non peccare, nubere quidem velle, malum non est, sed potius bonum, atq; remedium singulare concupiscentiae malæ, & infirmitatis humanæ, consonat *D. Paul.* I. ad *Corinth.* cap. 7. num. 9. prosequitur eleganter *Sotomaior* in *epistolam ad Timotheum*, cap. 5. num. 10. & 14. super illa verba, *Nubere volunt.*

Ibi, Habebit damnationem.

Potest ergo ex accidenti matrimonium fieri malum, atq; culpabile. Nempe si quis post votum cōtinentiæ nubere velit, & nuptias affectet, tradit idem *Sotomaior*, supra citato loco, ubi verba nostræ texcus refert; firmat latè *Bellarmin.* de *Sacramento matrimonij*, tom. 2. lib. 1. cap. 21. vers. Sit igitur prima propositio. Adde posita ad cap. ult. infra, hac eadem distinct.

Notabis tamen, quod licet mulier habens votum castitatis non possit nubere absq; peccato, juxta textum in præsenti; tamen vir, qui eam disponavit, libere illa utitur non solum reddendo, sed etiam exigendo, ut notavit *Sylvest.* verbo, *matrimonium* 7. q. 5. vers. *Sexto*, in fine, *Sanch.* lib. 9. de matrim. dtj. p. 33. num. 2. quos refert: & sequitur *Suar.* d. lib. 4. de obligat. voti, cap. 16. num. 12. Et est ratio, quia ille non obligatur voto uxoris, cum votum non obliget nisi voventem, nec obligatur ratione peccati cōmissi inducendo, vel cooperando ad fractionem voti, quia fractio voti non obligat postea ad recompensationem, sed ad pœnitentiam, etiam ipsum voventem. Ergo multò minus obligabit cooperantem; aut inducentem, advertit *Suar.* d. loco.

C A P. Quod interrogasti.

V I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Nicolaus Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Mulier se fingens monialem nubere non valet.*
- 3 *Falsa remedia sunt abycienda.*
- 4 *Hypocrisis definitur.*
- 5 *Professio monialis inducitur per impositionem vel amissione.*
- 6 *Protestatio aëlum demonstrat.*

I N superscriptione, ibi, *Nicolaus*. Vide posita ad cap. *Imperium*, 10. dist. & ad cap. *Omnis*, 22. dist.

2 In textu. Notabis quod mulier, quæ sanctimonialem se esse finixerit, nubere non valet; quod tradit. Covar. in cap. 2. nu. 1. de testamentis. Palatius in repet. Rubrica, §. 57. nu. 4. & vide quæ infra dicemus, nu. 5.

3 Ibi, Finxit. Meminit huius textus Iacobus de Graffij: lib. 5. conf. 12. de pénitentijs, & remissioni. ad hoc, quod falsa remedia sunt ab ieiendi, quia populus ficta simu- tione non est fallendus.

4 Ibi, Per hypocrisim. Hypocrisis est vitiū, quo quis factis, vītæ integratē, & sanctimoniam fingit, ac simulat, cupiens, & studens bonus haberi, & prædicari. Azor. in summa moral. tom. 1. lib. 4. cap. 13. vers. Hypocrisis. Reginald. tom. 2. lib. 17. nu. 113. Lessius de just. lib. 2. cap. 47. dub. 6. §. Est autem; ubi docet hypocrisim per se, & ex gene- re suo esse peccatum veniale, aliquando tamen posse esse peccatum mortale ratione finis, quem intendit ipse hypocrita. Verbi gratia, si aliquis mendaci, & simulato virtutis pallio ad ecclesi- asticam dignitatē indignus velit promoveri; vel si se doctorem, aut prophetam fingat, quod facilius perniciosa doctrinā in vulgo dis- seminet.

5 Ibi, Revertatur. Ergo professio monialis potest induci per impositionem sacri velaminis factam à se ipsa, ita ut impediatur redditus ad sēculum; de quo vide posita ad cap. Vidua, & ad cap. Consulti, de regulari. Caiet. in opusculis, tom. 1. tract. 31. q. 7. & de materia latē Suar. tom. 2. de religione, tract. 6. lib. 1. de voto, cap. 2. Sancb. tom. 2. Decal. lib. 5. cap. 3. nu. 24. & nu. 14. cum sequentibus.

6 In Glossa 1. ibi, Protestatio pre- cedat. Nota ex Glossa, quod quando quis facit actū multipliciter intelligibilem, si vult ostendere, quod intendebat facere secundum unum intellectum, debet illud pro- testari, ante actum, & non post actum, & est ratio quia per protestationem precedentem ap- pareret, quo animo quis gerat actum, unde illa voluntas semel posita semper videtur durare, cap. Maiores, §. Dormiens, de baptismo.

C A P. Nam si consenserimus.

V II.

S Y M M A R I V M.

1 Bursatus textus meminit.

2 Simon Magus quis fuerit?

3 Ananias, & Saphira mortui ad pronun- tiationem Petri.

A D textum. Bursat; conf. 110. m. 26. huīus textus memi- nit, qui cum sit Palea illectus præteri- p scribentes, & glossatores in præsen- ti. Vide immerito Burchardus in suo decreto, lib. 8. cap. 47. verba huīus textus non Paleæ; sed ipsi Nicolao Pontifice retulit.

Ibi, Profuit Simoni Mago. Refertur hec historia in Actibus Apostolorum, cap. 8. Evidentia autem Simon Magus natione Samaritanus, ut tradit Abulensis in Matth. cap. 24. quest. 80. vers. Sed ante.

Ad fin. textus; ibi, Ananias, & Saphira. Vide de hac historia in Actibus Apo- stolorum, cap. 5. & vide Promptuarium juris, tom. 1. verbo, Ananias, in Glossa littera R. qui textum refert; fuerunt enim mortui ad pro- nuntiationem Petri Apostoli, cuius rei redditur causa per Abulensi. lib. 4. Regum, cap. 1. q. 19. Lege Lorinum in Act. Apostolorum, citatis locis.

C A P. Presbyteris. VIII.

S Y M M A R I V M.

1 Calixtus secundus quis fuerit?

2 Sacris initiati non possunt matrimonium contrahere.

3 A quo tempore hæc matrimonia irrita- sint?

4 An hoc procedat ex constitutione Ecclæsiæ?

I N superscriptione, ibi, Galix- tus secundus. Guido ante vocatus, Vieñensis Archiepiscopus, filius Comitis Burgandiæ, creatus Pon- tifex anno Domini 1119. Concilium Lateranense celebravit; per hæc tempora ordines Templa- riorum, canonicorum regularium Sancti Au- gustini, & militiae Calatravæ in Hispania ins- tituti fuerunt, teste Chacon de vitis, & gestis Pontifi- cum, fol. 385. & vide Platinam in eodem Calixto, qui ait tunc temporis Emmanuel Græcorū Imperatorem Iapidem secum in patriam detulisse, super quo apud Tyrum Christus sedisse fertur.

In textu. Collige esse interdictum ma- trimonium presbyteris, dia- conis, subdiaconis, & monachis, de quo vide Tirag. qui textus meminit, l. 15. Connubial. n. 118. Covar. lib. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 3. Bernard. Diaz in pract. criminali, cap. 80. qui textum re- fert, & latissime prosequitur, & vide ibi Salzedo addit.

addit. 1. qui contendit nunquam licuisse in Ecclesia Dei post sacram ordinem, matrimonium contrahere, de quo etiam *Franciscus Gattamanus*, *Ordinis Minorum*, *de cœlibatu*, dub. 5. qui huius textus meminit; *Sotus de just. & jure*, lib. 7. q. 6. art. 2. *conclus.* 2. Vide etiam *Concil. Trident.* sess. 24. *de Sacramento matrimonij Canon 9.* Addit posita ad cap. 1. nu. 2. supra, *hac eadem dist.* & ad cap. 1. cap. *Diconi*, nu. 2. infra, dist. 28. *Bellarmin.* *de clericis*, lib. 1. cap. 19. vers. *Tertio probatur.* *Barbos* in *Rubrica de soluto matrimonio*, 2. part. nu. 91.

Ibi, Matrimonia disiunge. *Vasq. de ordine*, disp. 249. cap. 4. nu. 36. & 37. tenet *Calixtum secundum* in nostro textu fuisse primum Pontificem, qui irrita fecit matrimonia post ordinem sacram contracta, nam antea licet prohiberetur sacris hominibus matrimonium contrahere post ordinationem, non tamen matrimonia siebant irrita, quam opinionem latissimè idem *Vasquez*, probare nititur. Contrarium videtur sentire *Sylvestr.* verbo, *Matrimonium* 8. nu. 12. vide posita ad cap. *Aliter*, nu. 4. infra, dist. 31. *Addit. Egydium in Sacramento ordinis*, disp. 20. dub. 11. ubi observat, ab ipso nascientis Ecclesiæ primordio omnibus diaconis, ac sacerdotibus fuisse prohibitum contrahere matrimonium. Et præterea *Martinus Bonacina tract. de matrimon. quæst. 3. punct. 9. nu. 13.* universim assertit irrita semper fuisse omnia matrimonia, post sacram ordinem contracta, etiam in Græcis Orientalibus. Vbi citantur *Bellarmin.* *Sanch. Azor.* & alij, de quo vide posita ad cap. *Aliter* 14. infra, dist. 31.

4. Vtrum hæc separatio fiat tantum ex constitutione Ecclesiæ, vel ex lege divina, & rei natura? *Covar. de sponsalibus*, 2. part. cap. 7. §. 4. nu. 7. tenet dissolvi matrimonia attenta rei natura, & post alios tradit *Barbos.* in *Rubrica de soluto matrimonio*, 2. part. nu. 98. *Sanches lib. 7. de matrimonio*, q. 28. nu. 11. contrariam tuetur opinionem multos referens *Covar.* sibi contrarius, *de sponsalibus*, 2. p. cap. 6. §. 3. nu. 2. quæ opinio communior appetet.

CAP. Virgines. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 *Hieronymus quis fuerit?*
- 2 *Virgines post consecrationem nubere nequeunt.*
- 3 *Virgines an committant adulterium?*

IN superscriptione, ibi, *Hironymus.* De quo vide posita ad cap. *Illud*, distinct. 12.

In textu. Collige ex illo non posse virgines post consecrationem nubere; sic etiam apud Romanos virgines vestales perpetuam virginitatem servabant. Sic etiam Cereris sacerdotissæ viventibus viris suis, amica separatione vidabantur, ut scribit *Tertullianus in lib. de Monogamia*, haud multo ante fin. ubi et idem dicit de sacerdotibus Iunonis Achaiæ, & Diana Scythicæ, & Apollinis Pythij; tradit late *Tiraq. l. 15. connub. nu. 120.* Adde posita ad cap. *Si nupsetit, num. 2. & 3. supra, hac eadem distinct.*

Ibi, Adulteræ, & ibi, Incestæ.

Adulterium committunt virgines, quia Christum demittunt, cui spiritualiter nuperunt. In consecratione enim vovent solemniter virginitatem, & solemnni voto se despousant Christo, cui fidem promittunt tanquam suo sposo. Incestæ autem dicuntur, quia per votum Christo despousatae, omnibus christianis, qui sunt unum in Christo, factæ sunt affines, ita ut cōmisdendo se illis, quibus spirituali affinitate sunt propinquæ, committant incestum; quod de vero adulterio, & incestu, non facile concedam.

DISTINCTIO. XXVIII.

C A P. Nullum. I.

S V M M A R I V M.

- 1 *Gregorius Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Subdiaconus castitatem promittit.*
- 3 *Debent continere ab omni actu venereo.*

IN superscriptione, ibi, *Beatus Gregorius.* De quo vide posita ad cap. *De Constantinopolitana* 4. supra, distinct. 22.

Ad textum. Collige ex textu, non debere fieri subdiaconum, qui castè vietur non promittat; neque hoc decretum Ecclesia leviter, & sine causa instituit, immò multis urgentibus causis ita servandum esse decrevit. Nam in lege veteri nullus carnes agni, qui in figura corporis, & sanguinis Christi immolatus est, comedere permittebatur, nisi renes accinctos haberet; per illam autem cincturam designabatur libidinis refrænatio; prosequitur late *Castrus adversus heres*, lib. 13. verbo, *Sacerdotium*, vers. *Quarta heresis*, post med. multis etiam comprobat *Henriq. in summa*, lib. 12. cap. 5. §. 9. littera I. & lib. 10. cap. 14. §. 5. littera D. qui interq; de nostro textu me-

R 4 minerunt,